



**M. Bucerii. De uera et falsa Caenae Dominicae administratione. Libri II. : In priori libro refutatur mutilatio Eucharistiae, & docetur, qua religione seruanda sint praecepta Dei de Ceremonijs. In altero, De ueris & falsis sacrificijs & oblationibus Ecclesiae, uitijs Missarum, cura mortuorum, purgatio. Altera aduersus B. Latomum responsio.**

<https://hdl.handle.net/1874/406950>

M. BV CERI.  
DE VERA ET FALSA CAENAE  
DOMINICAE ADMINISTRATIONE.

LIBRI II.

In Priori libro refutatur mutilatio Eucharistiae, & docetur, Quae  
Religione seruanda sint praecepta Dei de Ceremonijs.

In altero, De ueris & falsis sacrificijs & oblationibus Ecclesiae, Vis  
uis Missarum, Cura mortuorum, Purgatorio.

ALTERA aduersus B. Latomum Responsio.



Praefatio ad Patres qui Deum in Synodo Tridentina  
timent, de causis quae pios homines ab ea  
Synodo absterrent.

Neuburgi Danubij.

VI. Aprilis. Anni Domini M. D. XLVI.



✠ M. BVCKERI PRÆFATIO.  
 AD PATRES IN SYNODO TRIDENTINA, qui Deum timent de causis, quæ  
 pios homines ab ea Synodo absterrent.



Vdimus vos admodum mirari, atq; graviter quoq; damnare, quod nos, qui studium restituendæ Ecclesiæ Christi per Germaniam tot iam annis proficemur, a vestra Synodo, quæ huius maxime rei causa coacta sit, & sola legitima eius rei gerendæ oportunitatem præbeat, abesse sustineamus. Ostendâ igitur vobis paucis causam huius absentiae nostræ, ut vel irasci nobis de sinatu a Synodo vestra absutaris, quamdiu causam banc non removeritis, vel si semota illa, vitam nobis ad vestrum conventum muniatis. Causa vero, quæ nos a Synodo vestra abstinere, est, quod nondum videmus obtinere apud vos spiritum sanctum Ecclesiæ Paracletum, quo uno cogi, regis, salutaris Synodos oportere, ipsi agnoscitis: Cernimus autem valere adhuc nimium in vestro Concilio spiritum adversarium, spiritum per quem mala in Ecclesiam inuecta sunt, & retinentur omnia. Hæc itaq; nisi commutentur, ut primas tenere in Synodo vestra conspiciamus spiritum Christi, et oppressum spiritum Antichristi, non apparet sane fas esse nobis, ac desertis Ecclesiis nostris, quibus nos certa Domini uocatio ad dicit, & quibus experimur Dominum fructuosum efficere nostrum ministerium, ad nos concedamus, ad quos uocari nos per Dominum nondum animaduerimus, & apud quos adeo nulla adhuc spes sese ostentat alicuius operæ precij pro Ecclesia Dei faciendi.

Quod autem præsentiam, & gubernationem spiritus. S. in vestra Synodo adhuc desideramus, inde est, quod cum multa, & graviora quidem peccata prælatorum agnoscere uidemini, & confiteri esse a uobis corrigenda, prima tamen omnium & grauissima prælatorum clericorum peccata, quibus oppressa est Ecclesia Dei nondum uidemini agnoscere, ac corrigenda putare: peccata scilicet uiciata doctrina, & de prælatuum Ceremoniarum. Iam ipsi præsides uestri in sua prima ad uos admonitione, & exhortatione, quæ his diebus ad nos quoq; allata est, confiteri sunt: Nisi peccata & mala uestra, quibus Ecclesia est oppressa, uobis bene cognita & per spectata, frustra uos intrare in Concilium, frustra inuocare spiritum. S. qui primum ingressum in animam hominis sanctificari facere solet per ipsius hominis condemnationem, ut condemnet mundum de peccatis

## Præfatio

de peccato. Quare nisi ille spiritus uos apud uosmet ipsos primum con-  
demnerit, nondum illum ingressum esse ad uos affirmare uos posse, ac  
ne ingressurum quidem, si peccata uestra audire recusetis. Agnoscitis  
uerba præsidum uestrorum.

Dubitare uero non potestis, dum prima & atrocissima omnium pec-  
cata, & quæ omnium reliquorum peccatorum cause sunt, peccata prima  
tabula, peruersa doctrina, & uiciatarum religionum, nondum habetis  
bene cognita & perspecta, & quæ diu uos de his spiritus. S. apud uosmet  
ipsos non condemnauerit, nulla uo bis peccata uestra posse uere esse cog-  
nita, & perspecta, nec de ullis uos apud uosmet ipsos adhuc rite esse per-  
spiritum. S. condemnatos. Vnde concludi & ex ipsa uestrorum præsi-  
dum uera confessione ipsi uideris, spiritum sanctum nec dum esse in gressum  
ad uos, affirmare uos posse, immo frustra etiam uos eum inuocare, & fru-  
stra in concilium intrare.

Sunt quidæ graua, & importuna, quæ præsidum uestri de se, & præ-  
latis alijs confitentur. Disert. n. fatentur se, qui pastorum locum iam diu  
reuerunt, & ingentia Ecclesiarum emolumenta sibi huius nominis, &  
muneris prætextu uindictarunt, non solum Ecclesijs munus pastorale non  
præstitisse, uerum causam dedisse his malis, quibus illæ oppressæ sunt.  
Fatentur se, collapsæ morum disciplina, & abusu nullis præter se ip-  
sos auctores ne nominare quidem posse. Fatentur deniq; per prælatorem  
ambitionem, auaritiã, & cupiditates, pastores ab Ecclesijs fugari, ip-  
sasq; pabulo uerbi Dei priuari, bona Ecclesiarum, quæ sunt bona pau-  
perum, ab illis tolli, indignis sacerdotia conferri: & illis qui nihil a lai-  
cis præterq; in uestis genere, ac ne in hoc quidem differunt, dari.

Hæc sane grauissima, & horrenda in Christum, & Ecclesiam eius  
peccata sunt: Verum non prima, non nocentissima. Fons enim horum,  
& omnium malorum, quibus oppressa Ecclesia est, sunt uiciata & po-  
pulo Dei uersa Doctrina Euangelij, & uiciata peruersaq; cere-  
monia.

Perniciosissima sane uis fit Ecclesijs a prælatis, quod per illorum  
ambitionem, auariciã, cupiditatem, ut præsidum uestri confessi sunt, ueri  
pastores ab illis fugantur, atq; ita uerbi pabulo priuantur, tum etiam  
quod spoliantur bonis suis, ne sibi ueros, & idoneos ministros ipsæ edu-  
cent beneficio piarum scholarum, tamen id populum Dei multo nocent  
eius adligit, & opprimit, quod a prælatis in locum uerorum pastorum  
obtruduntur Ecclesijs lupi graues, qui gregi non parcunt, eiq; pro pas-  
a ii bulo

Que & quanta pec-  
cata confessi sunt  
præsides Synodi  
Tridentinae.

Act. xx.



## Ad Synodum Tridentinam.

Dixit ubi Dei, sua peruersa cōmentā ingerunt. Doctrinam scilicet quā  
 mentes a Christo Domino, & eius propiciatione abstracta addicuntur  
 tur ipsis sacrificiis, & illorum ceremonijs, atq; Diuorum intercessionibus,  
 & meritis.

Quam doctrinā, hi lupi consentaneis, & eodem institutis ceremonijs  
 confirmant, & animis hominum infigunt. Atq; ne populus doctrinam  
 uitae ipse sibi ex sacris literis hauiret, ei non modo horum ueram interpreta-  
 tionem, sed etiam lectionem auertunt, ferro, & igni.

Non ignoratis, si quidem monumenta. S. Patrum legitis, instituta  
 fuisse Ecclesiae Dei, sicut & Synagoga, ut. S. Biblia populo legere-  
 tur in sacris caetibus. Hunc salutarem morem quis aboleuit, quis morum  
 illum non minus insanum, q̄ impium ut D. Apostolus adeo multis deli-  
 cōstrat, & testatur, introduxit, ut in templis omnia sacra ea lingua reci-  
 tētur, & pagantur, quā populus nō intelligit? Quis auctor fuit Chri-  
 cis, ut nocturnis lectionibus scripturarū supponerent, tam fabulosas his-  
 torias Diuorū, & pro diurnis capitulis legendis, ubi uersum unum aut  
 alterum ex capitulo aliquo recitarunt, subijcians statim, Deo gratias?

Sed hoc exitiali sacrilegio lupi isti contenti non fuerunt, eō tandem  
 rem perduxerunt, ut laicis ne domi quidem legere sacros libros liceat.  
 Idq; ad quod. S. Patres suas plebes quotidie & grauis, hortabatur,  
 hoc isti a praelatis in locum pastorū Ecclesijs suffecti lupi, fecerunt ca-  
 pitale flagitium. Immo nec istud sacrilegium eis satis fuit, effecerunt enim  
 & hoc, ut laicis non solum scripturas diuinas nō liceat legere in sua  
 lingua, sed ne Catechisnum quidem illum qui pueris tradi debet, deca-  
 logum scilicet praeceptorum Dei, Symbolum fidei nostrae, precationem  
 Dominicam, traditionem sacramentorum nostrorum.

Sed nec in his constitit horum luporum in grege Christi nomine sig-  
 natum rapacitas, & scuitia. Erepta enim populis omni sincera doctrina  
 Christi, non modo per subtractam piam scripturarum interpretationem,  
 sed etiam per sublatam earum lectionem, eamq; sublatam non ex  
 plis tantum, uerum etiam ex domestico, & priuato usu, imuerunt sacra  
 illam Theologiam Aristotelicam, quae contra aperta signa nō tantum  
 diuina, sed etiam. S. Patrum scripta, haec obtrusa populis dogmata sua

Hominem impium, uti est, quicumq; in Christo renatus non est, cuius  
 meritis nihil, q̄ supplicium deberi potest, ut cum D. Augustino Ecclē-  
 sia Dei semp̄ confessā est, posse bona opera facere, quibus se ipse ad gra-  
 tiam Dei praeparat, oculoq; misericordiae Dei ad se conuertat.

Mortuus

1 Cor. xliij.

## Præfatio

Mortuam fidem, esse utram fidem, facereq; hominem Christianum.  
 Credentem autem Christo etiam uiua fide, tamen oportere dubitare,  
 an habeat Deum sibi propter Christum propositum, qui uero uelint faciendis  
 bonis operibus, incumbere, eos posse, non solum uitam æternam sibi mereri,  
 spemq; salutis ita solidam firmamq; reddere, sed etiam plura bona opera  
 efficere, q; cuiq; pro se opus sit, ad percipiendã uitam æternam. Adeo  
 quidem ut habere homines queant supererogationis opera, ut uocãt, que  
 alijs impertiant.

Item, qui a mortali peccato resurgunt per poenitentiam, hos oportere  
 operibus suis in hac uita, sed poenalibus uel cruciatibus Purgatori  
 post hanc uitam exoluere poenam peccatis suis debitam, temporariam, in  
 quam eis poena æterna sit uel clauum, cum remissione culpa commutata.  
 Nisi huius temporariæ poenæ redimant uel remissionem, per indulgen-  
 tias, uel compensationem, per Missas, & opera supererogationis De-  
 uorum aut Monachorum, quorum tamen nihil sine precio comparari  
 pridem potuit.

His sane dogmatis, totum Euangelion Domini Christi Iesu, quod  
 uirtus Dei est ad salutem omni credenti, ab Ecclesijs miserum in modum  
 sublatum est. Dum enim docetur, & Christo Domino contradicitur,  
 malam arborem posse bonos fructus, hoc est, Impium hominem, & inuis-  
 sum Deo, opera adeo grata Deo facere, ut illis oculos misericordie Dei  
 ad se ipse conuertat, tam reconciliatio nostri cum Deo non tota a Chris-  
 to Domino petitur, igitur nec percipitur.

Ita dum docentur homines etiam mortua fide posse esse Christianos,  
 & membra Ecclesiæ, tum iubentur, etiam si uiua fide credant in Chris-  
 tum, dubitare de salute sua, operibus aut suis certam facere spem salutis  
 sue, rursus in infidelitate sua confirmantur, & a Christo seruatore pe-  
 nitens abstinetur, quem seruatorem habere nemo potest, qui id non credit,  
 tenetq; indubitato uerum, quod Dominus ipse dixit, habere uitam æternam  
 quicq; credit in ipsum, et credit fide uiua, sine qua placere Deo impossi-  
 bile est, nec potest esse quisq; christianus, hoc est, discipulus & membris  
 Christi.

Præterea, dum bonis hominum operibus tribuitur, quod uitam æternam  
 nam mercantur, spemq; salutis ratam, certamq; efficiant, quod poenas  
 quoq; peccatorum expient, quod deniq; his homines adeo possint abundan-  
 re, ut aliorum quoq; saluti impertiendo ea, queant suffragari, an non Ius-  
 ticia q; prius statuitur, qua iusticia Dei, Christus excluditur? per gra-  
 tiam



## Ad Synodum Tridentinam.

Rom. x.

tiam inquinant, & Christum Dominum tantum ualent opera bona, non suo ipsorum precio, & dignitate. *At gratia, ut. D. August. rell. scripsit, non est gratia ulla modo, si non est gratuita omni modo. Dicit de in Christo Domino is non manet, adeoq; nec ullum bonum o pus effici*

Ioban. xv.

re potest. *Verum enim illud Dominus ipse dixit, sine me nihil potest fieri, qui non amplectitur eum, ut iustificatem in piuum, qui non confitetur extra Christum omnes esse filios iræ, nec mereri aliud q; iram Dei posse, quiq; non confitetur etiam cum in Christo Domino manet, se, quacumq; in hac quidem uita uersatur, habere peccatum, eoq; legi Dei nullis suis operibus unq; satisfacere.*

Et autem qui hæc sentit, & uero corde confitetur, potest ne ulla obrepere cogitatio de bonis operibus suis supererogatis? Sentit quidem omnis, qui ex fide Christi bona operatur, ex eo ipso bonorum operum peritudo (quod o pus scilicet Christi est inhabitantis corda per fidem) Christum in se uiuere, maioremq; inde fiduciam gratie Christi merito concepit. Promissionibus quoq; Domini de mercede bonorum operum omnes filii Dei, non parum eriguntur, & incitantur ad bene operandum. *At, qui tamen possunt hi, qui legi & Euangelio solide credunt, ullis suis uerbis benefactis niti, quo his queant ulla ex parte confidere, spemq; sibi saluati æternæ, conscientia, & cogitatione suorum bonorum operum ullo modo fulcire, cum conscientia horum, simul atq; in sua operare respicit ipsi avertitur, eos nullis adhuc suis, q; tumuis probe factis, legi Dei satisficissis, eoq; quod ad ipsos, & ipsorum bona opera attinet, esse adhuc sub maledictione, & condemnatione Dei. Nouit enim omnis fidelis conscientia, maledictum esse a Deo, quicumq; non manserit in omnibus uerbis legis eius, id est, qui non perfecit præcepta omnia, eoq; cum primis illud: Diliges Deum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, cunctis uiribus tuis.*

Act. xv.

Gal. ij.

Qui ergo legi Dei fidem habent, quiq; Euangelio uere credunt, quid possunt hi dum de iudicio dei cogitant, suaq; opera etiam o prima legi Dei conferunt, dicere aliud, q; uir ille secundum cor Dei factus, dixit. *Domine ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, q; talibet sit sua iusticia ornatus? Quid aliud q; Petrus, Iugum legis nec patres nostri, neq; nos portare potuimus, quemadmodum illi. Et cum Paulo monente Petrum, scientes, q; non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Iesum Christum credidimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis.*



Præfatio.

terq; certe opera diligere Deum ex toto corde &c. Ita primum est, & continens cæterorum, ut nullum habeas, si hoc non habeas. Item cum Ios hant, Si dicamus quia peccata nõ habemus, nos metipfos seducimus, & veritas non est in nobis. Si confitemur peccata nostra, fidelis est, & iustus, ut remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Et idem rursus, Si quis peccavit, advocatũ habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris.

Adeo sane nihil potest bonorum operum quisq; supra q̄ debet unq; efficere, ut omnes qualibet sancti, et bonis operibus ornati, necesse habeant confiteri semper dum hic vivit, q̄ peccatũ habeant, q̄ offendant in multis, q̄ debeant Deo plurima, eoq; nunq; ad extremum usq; spiritum non etiam orare, & orare fide non hæsitante, ut hæ ipsis offensæ, & debita ex gratia Dei misericordia propter Christum remittantur, & in vitam æternam transferantur, gratia & merito unius mediatoris Dei & hominum, hominis Iesu, ut ita remissionem peccatorũ perfectam, & ad optio nem in filios Dei, ab solutam percipiant, fide unius nostri propiciatoris, De Natura & fide sanguinis eius, fide crucis eius, fide mortis, & resurrectionis eius, ut gratia, cap. xliij. D. Augustinus pie confiteatur.

Alfonsus Vir oesius ille Hispanus conatus est commentum illud, plus sanè q̄ dici possit, impiè de operibus supererogatis confirmare per i. Cor. ij. i. Cor. ix. reliq; omnibus liberum cœlibatum, atq; id quod Paulus supra debitum, & ij. Cor. xi. Evangelium gratis prædicavit Achæis. At non perpendit hic, q̄ q̄ acutus sibi videatur, etiam si cœlibatus propter regnũ cœlorum suscep tus, sit supra debitũ, quod tenet p̄miscue omnes homines, et prædicatio Evangelij gratuita Pauli, fuerit supra debitum ordinis prædicatorum fieri, et regno eius deseruiat pro omnibus viribus, quas cumq; ad hoc a Domino accepit, Itaq; ex huius legis debito fieri, ut qui donum hoc a Domino accepit, ut ipsum glorificet, & Ecclesiã eius ædificet in vita cœlesti, & prædicando Evangelion Christi gratis, non solum nihil adhuc cœlibatu suo, et Evangelij prædicatione gratuita facere, ultra quod Domino Deo suo debet, sed nec dum implere debitum suum, debitũ inq; non quod ei incumbit ex lege cœlibatus, neq; ex lege gratuita prædicationis, sed quod est ex lege charitatis illius, qua diligere, colere, & glorificare Deũ debemus in Ecclesia eius ex toto corde, ex tota anima, ex cunctis viribus quas cumq; ipse nobis contulerit. Quapropter & Paulus ipse cum cœlibem vitam suam, tum officium Evangelij gratis prædica



## Ad Synodum Tridentinam.

Ubi hunc locum & D. August. inter praeterea est, de omnibus eius bonis operibus etiam Evangelicis, contra duas Epistolas Pelagij. ad Bonifacium lib. iij. cap. vij.

cati sicut & cetera uere Apostolica ueritate habuit, ut Christum lucrificeret, & inueniretur in illo non habens suam iusticiam, quae est ex lege (id est, quod doctus exactusque lege praestare potuit, etiam renatus, & spiritu Dei actus, adiutusque), sed quae est per fidem Christi, iusticiam quae ex Deo in fide, id est, Christi iusticia persequitur, unde subiicit, ut cognoscam eum, & uirtutem resurrectionis eius, & communionem passionis eius, conformis factus morti eius, quod occurram in resurrectionem mortuorum.

Sed quid attinet disputare uobiscum de bonorum operum uel imperfectione, uel etiam necessitate, gratia, uel ac mercede? Non uimus & non atque studiose predicamus, bona opera esse nobis ad salutem nostram necessariam, adeoque grata Deo, ut Deus pro sua liberali misericordia, & gratia filij sui merito, per bona opera, quae ipse tamen in nobis efficiat, augeat in nobis, studium recte agendi, & plura bona opera facienti, certioresque nos de sua beneuolentia, et dignatione reddat, atque illis ipsi meritis bonis operibus, quae imperfectis, & longe infra eam bonitatem, quae lex Dei requirit, desidentibus, tamen pro sua omnimodo gratia, & bonis operibus, & meritis remittat, & mercedem rependat amplissimam, & bonis uita praesentis, & ipsa quoque fruitione uita futurae.

Sed frustra de his ipsis donis Dei, bonis operibus, uisusque diuinae liberalitatis beneficijs, & quae per bona opera in nobis efficit, & quae propter illa redonat, disputatur apud eos, apud quos nondum constat, quae sint reuera bona, Deoque grata opera, & unde uis illa petenda sit, bona opera efficiendi. Quis enim audit apud uos, ea tantum Deo haberi bona, grataque opera, quae sunt mandato, & fide Domini nostri Iesu Christi? & ea efficere neminem posse, nisi qui manet fide uita palmet in uero Christo? Quis docet populum apud uos ea solum instituenda esse homini Christiano, & agenda, quibus sanctificetur nomen Domini, adueniat regnum eius, quibus proximi liberentur, quoad fieri potest, malis orientibus, & fruantur cunctis bonis, in utroque homine? Vtque ista homines benevolentia in proximos referre, & glorificare Deum ualeant, o potere boni ueterem hominem semper exuere, & induere nouum, Christum Dominum.

De his inquam uere bonis, deoque placitis operibus, & coomuni caritate Spiritus Christi, ea in nobis efficientis, quod est apud uos silentium. Ac quae sunt conciones in quibus non inuitatur, & incitatur quosque populus ad extruenda & ornanda templa, aras, statuas, & sacrificia.

## Præfatio.

Ad comparandum & redimendū Missas, aliasq; templorum ceremonias, ac Indulgentias; Ad suscipiendum nouas illas disciplinas, & genera ueniendi cucullatorum, ad comparanda merita, & intercessiones Diuorum, ac etiam eorum qui inter cucullatos se aliqua sanctimonie specie ostentant. Cum uero hæc opera, quæ etiam a non renato in Christo, sibiq; mortuo homine fieri possunt, potulo potissimum cõmendantur, & his ipsis operibus id quoq; tribuitur, qd̄ & satisfieri per ea possit, pro neglectu uere bonorum operum, & exolui pœnas pro malis operibus debitas. Cumq; tantus thesaurus offertur operum supererogationis per cultum Diuorum, per largitatem in coenobitas, atq; redemptas indulgentias, fit certe, ut homines si illis humanitus traditis operibus studeant, aut opera illa supererogent sibi a diuis, a cucullatis, uel Pontifice comparauerint, putent se egregie Christianos esse, & non sine bonis operibus, etiam si de officijs ueræ pietatis, sanctimonie, & iustitiæ nullam prorsus curam habeant.

Vnde & illud malum in Ecclesiam peruasit, ut omnis præcepta a Deo seruicias, cõtra uere mala opera plane exoleuerit. Spūs uerus Ecclesie Dei gubernator, negat partem habere in regno Dei, hoc est, in Ecclesia Christi, scoratores, cultores simulachrorum, adulteros, moechos, molles, qui cõsumunt cum masculis, fures, qui fraudant proximum, ebriosos, maledicos, raptores, & his similes: Eoq; cum talibus nec cibum quidem communem summi debere a Christianis, si quidem fratres illi uocentur. Tamen eo peruersitate uentum est, ut huiusmodi flagitijs palam detur pati, & cooperti præcipuis dignitates, & summã in Ecclesijs potestatem, si habere possint, & habeant, si modo Pont. Rom. obedientiam profiteantur, & consuetis ceremonijs interdum deseruiant.

Hoc itaq; primum, atq; fons omnium peccatorum est, quib. Prælati Ecclesiam Dei oppresserunt, quod Ecclesijs non solum eripuerunt, & lectio- nem, & ueram interprecationem scripturarum, hoc est, purã & uiam præserti Iesu Christi, doctrinam sanam de fide & operibus. Sed eam præterea doctrinam Ecclesijs obtruserunt, & iniecerunt, quæ morbos uitiatæ a primo parente naturæ nostræ, & inhabitans in nobis, dum hic uiuimus, peccatorum exennat, uires naturæ extollit, legem Dei remittit, totq; & peccatorum expiationes peregrinas, & rationes promerendi Deum exoticas, & falsas suggerit, ut homines uidere non possint, qd̄ habeant opus medico Christo: quæ eam eorum fidem docet, quæ ut Christus non teneri, ita nec nouus homo uocet bonorum operum potest renasci.



## Ad Synodum Tridentinam.

Huic uero peccato uiciata doctrina, coheret peccatum adulteratorum, rituum, atq; ceremoniarum, quibus nimirum id ipsum ingeri in animos hominum debet per oculos, quod doctrina insertur mentibus per aures, Christus scilicet finis legis, propter peccata nostra mortuus, & propter iustitiam nostram rursus a mortuis excitatus, atq; in nomine eius poenitentia, & remissio peccatorum.

Nullum etenim Christi sacramentum pridem ita apud uos exhibetur, ut est institutum a Domino, traditum per Apostolos, obseruationem in ueteri Ecclesia. Mysterium enim Christi in nulla sacramentorum uestrorum administratione explicatur populo, totq; sacramenta humanicus imentis, sacramentis institutis diuinitus ita admixta sunt, ut, sicut fieri solet, sacramenta illa humana, diuinis apud uulgus longe antefrangerent. Quis enim non uideat q̄rum populus, ubi pura predicatio Euangelij non est recepta, agnoueat, & fidat Christum, consecrato oleo, signis, & ritibus Missæ, aqua benedicta, & sali, uarijs aquis diuorum nomine, & reliquis consecrationis sanctificationis ceræis, uestibus, statuis, atq; imaginibus diuorum, ceris, uisplis, & aris, osculis que his figuntur, & benedictionibus que per hæc fiunt.

Quid? Quantum est Romæ, Treueris, Colonia, & similibus in locis, horum sacramentorum, imo quid non est in sacramenta huiusmodi eorum, statum, monumentorum, signorum est, que omnia instrumenta habentur diuinitus beneuolentia concilianda, & cultus Deo prestandi, hoc est, sacramenta, que si quis modo cōtingat, certam consequatur sanctificationem, & iustitiam, si quidem ueræ sunt uestre de his pollicitationes. Atq; hæc uestra noua sacramenta ita habetis sacrosancta, ut si quis uouerit ad ea proficiscitum illud redimi nisi magno non possit.

Interim, quotusquisq; est in tot millibus Ecclesiarum uestrarum, qui sciat Baptismum, lauacrum regenerationis, sibi semper esse in animum ad id reuocandum, ut pleniore, & plane filiali fiducia Deum per Christum inuocet, & sese contra omnes molitiones mundi & Satanae munit, & ad confessionem nominis diuini, omneq; officium pietatis in Deum, & iustitiam in proximum erigat, & sustineat, ut ueterem hominem indies fortius excutiat, ut Christum indutum Baptismate perpetuo pietatis studio, plenius semper per se deat, ut ex peccatione reuelanda, & perficienda ad perfectionem per mortuum cor poris, in uitam cœlestem lactus transeat.

Quis nouit sacramentum Eucharistia non esse datum, ut spectetur eorum

## Præfatio

lum, & externe colatur, sed ut sumatur, ad confirmandam fidem in Christo. & percipiendum incrementum in omni uita Dei. Verum itaq; sacramenta concesserunt falsis, & oppressa sunt ab illis: falsa uero sunt ita multiplicata, ut non solum singula ciuitates, sed singula collegia, singula monasteria, singula templa, immo etiam singuli prope homines sua peculiaria instrumenta salutis, & cultus diuini, id est, sacramenta habeant. Et hæc cisterna illæ sunt, & putei contriti, qui aquam propiciationis diuinæ, & uirtutis recte uiuendi, tenere non possunt, quos prælati effoderunt, relicto Deo fonte aquarum uiuentium, relicto canalibus uerbi, & sacramentorum, per quæ Dominus ipse nobis exhibere dignatur remissionem peccatorum, & communicationem uitæ æternæ.

Hæc itaq; peccata uitiata doctrina, & adulteratarum ceremoniarum, prima omnium, & grauissima, prælatorum, clericorumque peccata sunt, uti Deus ipse per omnes Prophetas clamat, propter quæ homines quoq; tradidit in scædas, & perniciosas cupiditates, & perturbations importunas, mentemque probam, ut cætera omnia scelera & flagitia sine fronte, sine ulla cõsuetudine admittant. Ita ut D. Paulus prædicat reuelatam iram Dei de celo in omnem in pietatem, & iniusticiam hominum, qui ueritatem in iniquitate decernunt.

Legite quæso horribilem illum uitorum, scelerum & flagitiorum catalogum, quem Apostolus hoc loco subiicit, & obseruate, quod ea tanta, & tam immunita uitia, scelera & flagitia testatur, omnia ex eo fonte promanare, quod homines Deum ex creaturis, & factis suis cognitum, non ut Deum, id est, iuxta uerbum eius colunt, sed euascentur διαλογισμοῖς suis, in confingendis nouis colendi Deum rationibus. Tum cogitare, quodnam illorum & uitorum, & flagitiorum, quæ Apostolus recenset, non pridem Romæ, & in non paucis etiam Pontificibus, & Cardinalibus, sit cum summo priorum dolore, conspectum. Quæ uitia, scelera & flagitia his iam annis Europam excitarunt, & adhuc immantorem concitare laborant, in sanctos, & innocuos homines, qui aliud nihil peccant, quàm quod legere, & discere, confiteari, & doceri ausi sunt Euangelion Domini nostri Iesu Christi, atq; monere de tantis malis aliquando ab Ecclesia Dei, amoliciendis. Ista igitur, tam re promanant omnia, & promanent, ex reiectione pura doctrine, & discipline Christi, & substitutione doctrine & discipline adeo uitiata, atq; adulterata, ipsi uideatis, donec hunc fontem tantorum malorum, repudiatam

b n scilicet,



## Ad Synodum Tridentinam

scilicet, & tot modis oppugnatam doctrinam primorum Evangelij, & Syno-  
 ram Christi religionem, & inuictam contra, tanq̄ dire defensionem & doctrinam  
 nam & colendi Deum rationem Euangelio Christi adro contrariam, pro  
 fides uestri & ceteri Prælatis solide uobiscum agnouerunt, & cum illa  
 pœnitentiæ significatione fuerint cõfessi, & eorum certam & efficacem cor-  
 rectionem professi, indubitatum esse apud omnes pios, nullum peccatum ad  
 Ecclesiæ malum a prælatis uestris, & uobis rite adhuc agnoscere, nullius ad  
 huc uos uera pœnitentiæ commoueri, ueramue confessionem facere posse. Et  
 eo autem ipsi quoq̄ perspicitur concludi, attestante id & presidum in ipsorum  
 confessione affirmare non posse, spiritum. S. qui scilicet primum in ipsorum  
 in animam hominis per ipsius hominis condemnationem, & plenam facere so-  
 let, esse adhuc ad uos ingressum, immo etiam uos illum adhuc frustra ad-  
 care, & frustra uos ipsos in Concilium intrare. Atq̄ nunq̄ etiam hominibus  
 ritum ad uos ingressurum, si audire peccata uestra, ut omnia, ita in primis  
 omnium prima, & nocentissima, recusatis.

Ab hac autem agnitione, & confessione primorum omnium & gradibus  
 morum peccatorum; ac fontes malorum omnium quibus Ecclesia oppressa  
 est, tam absunt adhuc præsides uestri, & quicumq̄ cum illis sentiant, prælatis  
 ti, ut se nullius hæresis authores fuisse, laudent, atq̄ extirpationem hæresium  
 profiteantur, hoc est, ut plurimi interpretantur, puri Euangelij Christi  
 quod nos prædicamus, quoq̄ peruersitatem illam doctrinam & ceremoniam  
 que apud uos etiamnum retinetur, & defenditur, reprehēdimus, eiusq̄ reformationis  
 quam secundum Euangelion Christi instituiamus & molimur.

Quid enim cause dicetis, cur in hac Præsidium uestrorum professio  
 intelligere debeamus, alias hæreses, q̄ eas ipsas, quas Rom. Pontifex, &  
 prælatis eius nobis tribuunt, qui synceram Euāgelij prædicationem, & tradi-  
 ditam in Euangelio sacramentorum dispensationem restituere laborant.  
 Aut aliam etiam harum hæresium extirpationem, q̄ eam, quam idem Pon-  
 tificex, & Prælatis eius moliti sunt iam supra annos xxx. cum per se ipsos  
 tum per omnes eas potestates, quas tenent sibi obnoxias. Ea autem extirpa-  
 tio est, ut nobis q̄ crudelissime sublatis & extinctis, remouatis, & con-  
 impediatis reprehensionem, & correctionem, eorum malorum, quibus p̄p̄ter  
 lam Dei, tot iam annis oppressistis: quorum ut toties dictum, & dicendum  
 est sæpius, caput & fons est, uitiata doctrina, & adulterate extormentum.  
 Quæ mala peruersam disciplinam, omnemq̄ uexationem & direptionem  
 Ecclesiarum secum traxerunt.

Cumq̄ præsides uestri extirpationem hæresium, primum, de qua supra  
 dixi



Praefatio.

dum sit uobis in hac uestra Synodo, uobis proposuerunt, an non eo signifi-  
 carunt, o porcere uos in hac Synodo ante omnia instituire & perficere exa-  
 ctionem & abolitionem nostrum omnium, qui puram Christi doctrinam,  
 & disciplinam reuocatam cupimus & anteq̃ sane quicq̃ de uestris quamlibet  
 clarè confessis peccatis emendatis, hoc est, priusq̃ collapsam per uos disci-  
 plinam, restitueratis, priusq̃ ambitionem, auariciam, cupiditatem, quam præ-  
 fides uestri confitentur, restringatis, priusq̃ Ecclesijs fugatos ueros pasto-  
 res, uerbisq̃ pabulum, & bona sua, bona pauperum, restitueratis, & crepta in-  
 dignis sacerdotia, idoneis hominibus conferatis.

Etenim de ingenti scuitia, qua prælati uestri, in confessores puri Euan-  
 gelij, hæctenus grassati sunt, præsidēs uestri nihil agnoscut, nullius ob eam  
 sibi conscios esse peccati ostendunt, nihil huius confitentur, adeoq̃ nullam  
 eius remissionem pollicentur, ut pridem consilia agitent, perq̃ callida, &  
 inmanias de excindēdis totis gentib. p̃pterea, q̃ puram Christi doctrinam,  
 & ritus, in hoc traditos semel receptos uolūt abijcere, & uiciatam ipsorū, &  
 doctrinam, & disciplinam repetere. Certe de ueteri, unaq̃ ratione errores in  
 religione extirpandi, per synceram nimirum & claram doctrinam Christi,  
 nullam faciunt mentionem, nihil pollicentur. Merus igitur est, ne præsidēs  
 uestri exemplo, & maiorum suorum, & eorum, qui nunc rerum Ecclesiasti-  
 corum plane potiuntur, de ea uelint uos hæresum extirpatione deliberare  
 & statuire, qua non hæreses saluis hominibus, qui illis tenentur, sed qua pi-  
 os homines extirpentur, ac ita quibusq̃ perniciosissimis hæresibus uia munia-  
 tur. Confutare enim nos per scripturas Dei, quæ non minus utiles sunt ad  
 refellendum, quicquid in religionibus falsum, & prauum excogitari potest,  
 quam ad docendum, quicquid in his uerum & rectum est, prælati uestri pri-  
 dem, o perosum nimis, & sua indignum excellentia, iudicant.

Sic ergo, dum res habent apud uos, dumq̃ ita est comparata Synodus  
 uestri, ipsi cernitis, quemadmodum nulla adhuc apparet apud uos, iusta ue-  
 stra apud uosmet ipsos condemnatio de peccatis omnibus, ac ideo in primis,  
 & maxime de summis & nocentissimis, cæterorumq̃ omnium causis, ita nec  
 dum apparet Synodum uestram, esse congregatam, regiq̃ a spiritu .S.  
 Eoq̃ sicut uos frustra in hoc Concilium uestrum intratis, quamdiu perfe-  
 ctum illam spiritus .S. condemnationem in uobis non sentitis, & ueris sig-  
 nis præ uobis feritis, quod & præsidēs uestri confessi sunt, ita & nos in illud  
 frustra uobiscum esse conuenturos.

Dum itaq̃ eiusmodi argumentis congregatam legitime in spiritu .S.  
 Synodum uestram declaratis, quibus fidem habere, homines Christi deceat  
 b in orabimus



## Ad Synodum Tridentinam.

orabimus uobis a Deo patre p̄ Dominum nostrum **IESVM** Christum hunc ipsum spiritum Dei qui uos doceat, quanta sint hæc Prelatorum peccata, quod populus Christi, Scripturas Dei penitus eripuerunt, cum quod eas, non nisi aliena illis lingua recitari in Ecclesijs patiuntur, & haberi deo mi uerant, tum quod falsis etiam interpretationibus, eas uolunt peruertere, ac deniq; per impia hominum commenta prorsus opprimi. Deinde, quod ceremoniis, & sacramenta Dei tot abominationibus obruerunt, ueroq; usui subtraxerunt, postremo, quod tanta crudelitate, peruersam doctrinam & ceremonias suas defendunt, & sanam Dei doctrinam, ueroq; Christi ritus oppugnant.

Cumq; uos spiritus Christi fecerit hæc extrema mala agnoscere, & non Domini zelo instamauerit, ut de correctione eorum, digna Christo, de cuius regno agitur, dignaq; uobis, qui Synodum Christi uultis representare, seueritate, atq; constantia deliberare cœperitis, aut saltem animos uestris, hic idem spiritus efficax peccatorum repressor, & condemnator, ad cognoscenda & corrigenda ista mala, eousq; excitare & præparare, ut audire nos uelitis de illis admonentes, & q̄ sint & Deo abominanda & Ecclesijs noxia, ex diuinis scripturis, & S. Patrum monumentis demonstratum denuum causa erit, ut ad uos ueniamus, qui munus gerimus prædicandi poenitentiam, & remissionem peccatorum in nomine Domini nostri **IESU** Christi. Iussit enim Dominus inquirere nos, ubi apparet audienti **Euangelij** eius animus, ubi admittitur quæ illud pacem annunciat, quæ pax enim nec admitti nec intelligi quidem potest ab ijs, qui uerbo **Euangelij**, ad ueram peccatorum poenitentiam non possunt commoueri.

Habetis unde sit, quod uidere nondum possumus Synodum uestram esse in spiritu .S. legitime congregatam, & ab eodem spiritu gubernari. Ostendat nunc etiam ea signa, quæ metum nobis non inanem incutionem, spiritum aduersarium adhuc multo plus apud uos ualere, q̄ ut ulli patet in **sterij** nostri, locus apud uos queat præferri.

Non est. n. dubium, quin uos, qui aliquem timorem Domini habetis, agnoscat per Pontificem ipsum, & curiam eius, Ecclesiam Dei gratissimam scandalis esse dissipatam & uastatam: atq; indies magis dissipari atq; uastari, tabemq; tantæ peruersitatis ab hoc capite in totum corpus Ecclesiæ dimanasse, ut Papa **Adrianus** in Comitio Imperij Germanici **Norisbergæ**, est anno **M. D. XXIII.** per nuncium suum, non minus libere, q̄ uera uoce confessus. Nemo igitur magis correctione & reformatione opus habet Christiani concilij, Ecclesiam Dei catholicam representantem quam Pontifex ipse, & eius curia.



## Præfatio.

Dum ergo ille se Concilij correctioni non uult subicere, sed Concilio potius dominari, idq̄ cum lubet suspendere, aliò transferre, penitus tollere, ita ut factum iam est multoties, exemplo primum sum pro ab Eugenio: ceruere uestra Synodo ille moderatur spiritus, qui & destruere Ecclesiam Dei, sudet, & auerti se ab ea pernicie non sustinet.

Non ignoratis, quæ in sessione quarta Concilij Constantiensis de potestate Concilij etiam in Papam i psum est constitutum, Illud decretum restituere non ualeatis, cum nitatur certo uerbo Dei, & Canonibus, qui spiritus primas in uestra Synodo obtineat, quis non clare perspiciat? Sed dicetis, nec nos iudicio Concilij subijci uelle. Nos uero Synodo quæ agnoscitur, iuxta uerbum Dei & Canones, christiana & in spiritu. S. legitur congregata, iudicandos nos, & actiones nostras cognoscitur, regere & Congregationi enim quæ ex suis fructibus, & plane nobis cognoscitur, regere & uliorum hominum, nec nostra, quæ esse donata nobis à Christo, haud quaquæ dubitamus iudicanda committere q̄ scimus nefas esse uis Christi, & libertatem, quam ipse nobis sanguine suo comparauit, prodere.

Sed nec Synodo, quæ gubernationem spiritus. S. ita præferat, ut ea uere sancta, & in spiritu Christi congregata Synodus, agnoscitur possit, uerbum Dei iudicandum deferre fas est. Nos ipsos itaq̄ & nostras actiones, non doctrinam Christi, iudicio p̄i Concilij permittemus, Scripturam uero Dei, nullorum hominum iudicio subijciemus.

De germana quidem uerbi Dei intelligentia, omnis spiritu Christi prædictus, maxime iudicare debet magna spiritualium Ecclesia. At cum illi in hac diiudicatione etiam sancti possint, idq̄ & in eodem loco coniuncti, & in diuersis locis diiuncti, solusq̄ spiritus Dei nouit & perscrutatur, quæ sunt Dei, nec pie Synodi decreta ideo statim recipienda sunt, quia ipsa ita censuit: sed quia quæ decreuit certo Dei uerbo comprobatur. Quæ propter patet cœlestis orandus est, ut ipse per hunc suum spiritum cuiq̄ sit delictum suorum pro se germanum sensum scripturæ reuelat, & in ueritate omnem inducat. A Deo enim doceri, quæ Dei sunt, omnes necesse habent. Pia Synodus ministrare quidem Domino ad id potest, fidem autem dare, & solidam rerum diuinarum cognitionem, non potest, nisi Dominus ipse. Quocirca nulla unq̄ pia Synodus, id à quoq̄ requisit, ut suo iudicio, & non potius uerbo Dei, ex quo uereres probata Synodi omnia doceant & statuant, fidem simpliciter haberet. At si p̄i uere in nomine Christi conueniant, & uerbum Dei recte fecerint, claresq̄ exponant, Dominus ipse in eis uiuif.

## Ad Synodum Tridentinam.

uinit, & loquitur, nec solum efficit, ut quæ salutis sunt, recte ipsi diuinitus  
& doceant, sed aperit etiam corda suorum, ut probe diiudicata ab illis, &  
tradita pronis animis, excipiant, & constantiter retineant.

Et si nonnulli, uel etiam per quam multi, quæ tales uere sanctæ Synodi  
recte pieq; iudicauerint, & tradiderint, uel p̄ fidei infirmitatem nondum uel  
leant cognoscere, uel etiam reſſi cum sint, uicio hæreseos prorsus reſſi  
quod malum utrunq; omnes piæ Synodi, ab Apostolis usq; celebrata, & discer  
pta sunt, Dominus tamen talium suarum Synodorum iudicata, & discer  
ta, ita rata habet, itaq; animis suorum approbat, ut obtineant tandem a p̄  
stinata fraude, & erigente se, ad lucem ueritatis, imbecillitate eorum, qui  
rant ex ignorantia.

Orate igitur uos Dominum, & nos una orabimus, ut ipse Synodum  
uestram suo spiritu penitus gubernet, depulso spiritu aduersario, & ueritate  
a gubernaculis huius Synodi uestre, omni ea potestate quæ sese ad dister  
endum tantum, non ad ædificandam Ecclesiam Dei effert, tum & nos ipsos  
& nostra omnia uestro iudicio libenter sistemus & offeremus, deq; omni ad  
ro scripturarum intellectu, omniq; Christi & doctrina & disciplina spiri  
ritu, nos doceat & faciat, quæ uos eodem spiritu suggerente decernis &  
statueris, cum agnoscere, tum fideliter amplecti & sequi.

At qui ut Pontifex R. o. se ipsum & Prælatos suos, eousq; quousq;  
bet sanctæ Synodo subiciat iudicandos, uerimur uos frustra expectari.  
At si representare debetis uniuersam Ecclesiam Dei, & iudicium, &  
cognitionis, tum correctionis exercere in omnes homines (Sanctis enim Do  
minus subiecit mundum ipsum, & angelos iudicandos, multo magis eos con  
nes, qui in Ecclesiæ communionem, & in ministerijs uersantur) neminem con  
nino hominum, nec Pontificem ipsum, uestro potestis iudicio exemptum ha  
bere, sed necesse est, ut uos in Domino fortiter profiteamini iudices esse  
um, qui o pus habent emendatione & correctione, & eorum cum primis, qui  
ante alios necesse habent emendari & corrigi. Et si qui iudicium uestrum  
contempserint, nec audire uos, Ecclesiam & Synodum Christi, in ueritate  
induxerint, habere eiuſmodi, quocunq; loco ipsi se constituerint, uel ab ali  
constituti fuerint, ut Ethnicos & publicanos.

Quamobrem dum non solum ausi non fueritis, Pontificem & autorem eius  
quibus nemo correctione Christianæ Synodi magis o pus habet, ad iudicium  
um uestrum cum primis uocare, sed nec audibitis proficere uestrum esse de  
Pontificem



Præfatio.

Pontifice & aula eius iudicare, feretisq; adhuc eiusmodi imperium Pontificis, ut ille uos, cum iustum sit, iubeat in actionibus Synodi, progredi, cum libeat, cessare, cum senserit uos officium piæ Synodi uelle præstare, in locū dinationi suæ magis obnoxii deuocare, aut rursus omnino disti parte, re ipsa cerere fatebimini & demonstrabitis ipsi, Synodum uestram obnoxiam esse spiritui aduersario, spiritui Ecclesiarum destrutori.

Idem & eo de uobis manifestum facietis, si sedere in Synodo uestra, & iudicare patiamini eos prælatos, qui uero spiritus S. iudicio nõ possunt agnosci, uel intelligere quæ Christi sunt, uel o prære ut ea in Ecclesiis restituantur, non dico, si etiam eos consortes Synodi uestræ pertuleritis, quos omnino constat ijs teneri uitijs, & flagitijs, ppter quæ partem in regno Christi, & Dei, habere prorsus non ualent. Nostis enim non esse ducendum alienum iugum cum incredulis, scitis nullam esse participationem iusticiæ cum iniquitate, nullam communionem luci cum tenebris, nullam confessionem Christi cum Belial. Quo circa, cum Domini uos sitis, & sciatis spiritum Domini, Reformatorem Ecclesie, in ijs modo habitare, qui tremunt ad uerbum eius, & spiritui aduersario ubiq; repugnant, necesse est ut consultare de rebus Ecclesie cum ijs tantum uolum esse Christi, sed etiam scientia, zeloq; Christi, præcipue pollere, eosq; omnes Synodo uestra, quod ad uos attinet eijciatis, quos uel nec Christi esse, uel iudicio Christi parum ualere, non dubitatis.

Iam ergo si prohibere aut cessetis, aut non ualeatis, ne Pontifex Ro. repleat Synodum uestram, Prælatos, quos omnes palam uident querere, non quæ sunt Iesu Christi, & Ecclesie eius, sed quæ sunt ipsorum, & Pontificis, & ad hoc unum esse uobiscum coactos, ut uestras bonas sententias, suis suffragijs opprimant, postq; nimirum sententia Synodi uestræ numerantur, non ponderantur, ipsi inficias ire non potestis, etiam hoc fore argumento, spiritum aduersarium in Synodo uestra præcipuum etiamnum potestatem obtinere. Et cum obstare uobis hic spiritus potest, ut iudicium Christi nec in consortes uestrorum exercere ualeatis, quibusq; planè nostis locum in Christiana Synodo, nec per legem Dei, nec per Canones concedi posse, q̄ facile idem spiritus efficiet, ut nec in dios exercere consuetam Christi audeatis.

Tertium documentum eius, quod imperium spiritus Aduersarij in Synodo uestra, plurimum adhuc ualeat, illud est, q̄ ea, quam præsidet  
c uestri



## Ad Synodum Tridentinam

uestri fecerunt confessionem, grauisimorum sane scelerum & flagitiorum uidetur in uerbis inanib. consistere, esseq; prorsus destituta efficacia hereticus. S. auctoris ueræ poenitentia.

Confitentur enim clare admodum præfides uestri, ut prælatorem avaritiorum, avarorum, & cupidiorum, fugari ab Ecclesijs pastores, Ecclesias pabulo uerbi Dei priuari, bona Ecclesiarum, quæ sunt bona pauperum, ab illis tolli, indignis sacerdotia conferri, & illis qui nihil à laicis, præterq; in uestis genere, ac ne in hoc quidem, differunt. Ac nullum adhuc prælatum audimus, se cumulatorum Episcopatuum, prælatiarum & sacerdotiorum sacrilegijs exonerasse, nullos Ecclesijs, ut neos redditos pastores, & sincerum uerbi pabulum, nisiq; red dicitur bona, nec indignos usq; a sacerdotijs remotos, & dignos substitutos, si quis ratur. Interim dogma hereticum habetur apud hos Prælatos, si quis alijs, quam his ipsis correctionem & constitutionem rerum Ecclesiarum deferat, quamlibet hi pijs sint & sancti. Itaq; Ecclesia ex parte promotioni eorum, qui eas recte procurare & norunt & uolunt, addicantur ijs, qui ex Ecclesiarum uastatione ea maxime sibi comparant, quæ sunt mo pere expectant. At qui non ignoratis confessionem illam Prælatum & Prælatorum uestrorum, haud debere à Christianis hominibus agnosci uerari, & à spiritu Dei condemnante peccatum, profectum, nisi à tanta, tantaq; sacrilega ui, Pontifex & Prælati uestri statim sese abstineant. Et longe à se reiecta omni ambitione, auaricia & cupiditate Ecclesijs illco restituant idoneos pastores, puri uerbi Dei pabuli, & etiam bona Ecclesiarum in usum pauperum & scholarum, ut ministerium sacrum possit sublineri, & propagari, & dignis modo sacerdotibus conferant. Etenim spiritus. S. est spiritus ueritatis, quare necesse est, ut qui ex ipso sua confitentur peccata, ea etiam mox reipsa detestentur, & abiciant, ita ut Zachæus fecit, ut Paulus, ut ceteri fecerunt, quos Dominus nobis exempla poenitentia in scripturis suis proposuit.

Et hac igitur de causa, iustus metus est pijs, spiritum aduersarij plus nimio adhuc ualere, apud Prælatos illos, qui Concilio uestro præcipue moderantur, siue adsint siue absint. Iam tali cœtui, in quo spiritus etiam non ualet spiritus aduersarij obijcere causas, & filios Dei iudicandos, si tantum possunt se dignum putare qui Deum prosequantur.

Expofui itaq; iam etiam ea signa, & argumenta præcipua, quibus sane metuere nobis cogimur ab imperio spiritus aduersarij, in Synodo uestro

## Præfatio.

uestra, plus nimio adhuc prævalentis, idq̄ facile effecturi, ne corrigi ea mala possint, quæ n̄, quos uerus timor Domini, uero corde confitentur, quorumq̄ cōfessionem ab horum collegis, ipsa rei euidentiâ, quod ad uerba attinet, expressit.

Dum igitur Dominum utriq̄ exorauerimus, ut repulso spiritu hoc Ecclesiarum destructore, Synodum uestram, suo ipse spiritu totam regat, adeoq̄ hic ipse spiritus Christi se in ea illis suis fructibus & operibus præsentem exhibeat, quæ sola de eius præsentia & gubernatione, debent fidem facere pijs hominibus, uolui uos subiectis libris conuenire, & ad agnitionem solidam, iustamq̄ correctionem primorum, & omnium atrocissimorum peccatorum, pro mea portione excitare. Nam ad moneo in his libris, de quibusdam grauissimis sane prælatorum Ecclesiæ maxime uero de cōtemptu præceptorum Dei, quibus nobis rationes præscriptæ se colendi, deq̄ uitijs admissis in administratione cænæ Domini, hoc est, de uitijs Missarum uestrarum. De abusu ceremoniarum funeralium, & peruersis sacrificijs Ecclesiæ uesteris. De abusu ceremoniarum funerarium, & commento Purgatorij. Deniq̄ de uitariis hinc moribus & disciplina, tum clericum populi Christiani.

Respondendum erat Bartholomeo Lathom, qui & ipse suum stultum maluit proferre colorandis & excusandis uitijs Ecclesiasticæ administrationis, & nobis, qui hæc monemus esse corrigenda, insectandis in gratiam hominum, quam exhibere tum his uitijs emendandis, & piorum conatus in harum emendatione adiuuandis, in gloriam Christi.

Quenq̄ autem ille in uitijs Missarum, id tantum nominatim defendens suscepit, quod Laicis non administratur Sacramentum sanguinis Christi, tamen cum mihi magis uidendum esset, quæ ratione scripto meo commo darem Ecclesiæ Dei, quam quid in sancta doctrina oppugnet Latomus, uolui Missarum uitia, non omnia quidem, sunt enim innumera, sed præcipua tantum taxare, & quanta sunt, ostendere, Idq̄ non solis D. Scripurarum, uerum etiam, sanctorum patrum auctoritatibus, Quas si uoleatis pie expendere, ipsi uidebitis hanc operam meam pleriq̄ hominibus non inuiciliter esse collocatam.

In his uero libris offendet forsitan uos, dictionis alicubi seueritas, sed cogitãdũ uobis est, agenti causam omnipotentis Dei, & seruatoris Domini nostri Iesu Christi, magis respiciendam & imitandam fuisse admonendi de his grauissimis Dei offensionibus, religionem et grauitatem



## Ad Synodum Tridentinam

Christi ipsius, Prophetarum, & Apostolorum, quos constat dixisse  
& scripsisse, ex spiritu sancto, quam præstandam lenitatem eam, quam  
postulant ii, qui uerbum Dei tolerare non possunt.

Nemo certe potest negare, quæ non sunt Christi, & sub Christi  
tamen nomine Ecclesijs Dei obruduntur, ea omnia esse Antichristi, &  
impia, Deo & sanctis abominanda, adultera, sacrilega, blasphemica:  
si quis obrudendo hæc hominibus perseueret, eum omnino agi amentem  
& furore. Dum igitur & dogmata & facta, quæ cum uerbo Dei omni-  
no pugnant, & tamen ut cultus Dei hominibus cõmendantur, his ipse  
suis nominibus noto & traduco, testimoniũ de illis profero spiritus  
non indulgeo maledicentiæ. Nec enim uelim his notis, quas omnis pius  
merito summo pere execratur, quicquid uel dogmatum uel factorum nota-  
quod non omnino constet pugnare cum uerbo Dei, ac ideo non posse ha-  
beri probum & sanctum, sine certa contumelia Dei. Quod ad homines  
attinet, protestatus sum in utroque libro, & hic quoque protestor, me memo-  
nem ullius uitæ uelle accusasse, quo is non se ipse laborare, manifestis  
notorijs factis suis demonstrat.

Nec etiam cuique ex his, qui istorum quæ reprehendo, uitiorum  
manifesti sunt, adiuo excusationem Apostolicam, cui quidem illa pos-  
sit ullo modo competere, ut dicant se hæc peccata admittere ex ignorantia,  
propter incredulitatem, quæ & D. Paulus blasphemus est, & contumelia-  
lior fuit, Ecclesiamque Dei persecutus est, qui tamen est misericordior  
consecutus, quia id ignorans fecit, in incredulitate.

Neminem equidem eius uolo impietatis accusare, quod sciens & uolens  
lens contumeliam faciat Deo per falsos cultus, nisi, cui id de ipso argui  
statuatur conscientia sua, & facta comincunt.

Latomus queritur multum, de mea in priore ad eum responsione erro-  
ritate, quod scripserim eum oppugnare Ecclesiam Dei, in pia ueritate  
mata: At misque in meo scripto reperit, quod ipsi hæc eribuerim, contumelia-  
& pugnantem dolo malo. Temeritatem in eo & supinam ignorantiam  
excusau, quæ diuina ausus sit tractare, & nostra oppugnare, cum de  
litteras nondum legisset, & iusta religione uersasset. Tum ad me  
studio gratiæ, laudisque humane, cuius ualde uerborum suam ipsius  
etiam accusare. Interim tamen uerum est, ut ante dixi, quicquid  
non est, & tamen Christi nomine obruditur, id non posse non esse  
Antichristi. Debemus quoque ex dicto Domini illo: Qui non est  
contra me est, et qui non colligit mecum, is dispergit: eum iudicare &

Præfatio.

fieri esse Christi, & Ecclesiæ eius aduersariū, qui sanæ Euangelij doctrinæ, & Ecclesiæ secundū hanc restitutionem, sese opponit, quacunq; id ex causa faciat, siue ignorās, siue odiens eorū, quæ Dei sunt. Plurimū tamen differt, an id quis faciat odio manifesto, sicut iusticia, ita & Dei, an zelo præpostero, sicut Dei, ita & iusticia, quam non esse quisq; possit.

Latomus autem qui uoluit uideri me tractare, quam ego ipsum tra-  
ctauerim multo mirius, criminatur interim me, de præuare scripturas Dei,  
& oppugnare Ecclesiæ Dei, tueri hæreses & schismata, uiolationemq;  
omnis iuris diuini & humani, idq; ex malitia, dolo, fraudeq; obfirmata.  
Quod qui facit, peccat in mortem, & blasphemat, satis cognitum iam,  
& degustatum spiritum sanctum. Quod scelus inexcusable, absit, ut cui  
quis, qui ipse se de eo condemnat, impingam.

Apud timentes itaq; Deum, quos mea in dicendo uehementia offendit, rursus protestor, me nolle quenq; ullo eorum criminum, quæ in his libris, uel alijs, reprehendo, & detestor, notare, qui non teneri se eo suis se ipse factis omnino manifestis conuincit. Deinde illis, qui criminibus detinentur uitiarum doctrinæ, & uitiarum ceremoniarum, libenter omnibus concedere, qui id quidem in sua ipsi conscientia poterunt sibi sumere, quod peccent ex ignorantia, & zelo imperito, Sed nec eos, qui confessis apud omnes flagitijs palam ad obruti sunt, peccantem ad mortem obstruunt tribuo.

Cum itaq; non nisi Prophetis, & Apostolicis reprehensionibus sumus, & diserte ceter, me his neminem uelle taxare, nisi quos & ipsorum conscientia, & facta notoria faciunt, eiusmodi reprehensionibus obnoxios, nemo poterit meam in scribendo seueritatem condemnare, nisi qui ferendum non putet, ut manifesta contra Deum peccata & contumelia, uoce Domini reprehendantur. Dominus det hæc uobis, & quæ duobus his libris meis, quos uobis inscripsi, pie perpendere & diiudicare, quod si eum exoremus, scio, & acerbatis me crimen absoluetis, & operant meam nauatam Domino, & Ecclesiæ eius his ipsis libris, gratiam habebitis, nec inutilem Ecclesiæ iudicabitis. Dominus uos spiritu libertatis Christianæ indies magis corroboret, ut confiteri illum plane & fortiter possitis, cuius unius olim confessione nobis gaudia attribuentur coelorum.

Amen.

Ratisbonæ xij Martij. M.D.XLVI.



AD LATOMVM.

**D** et tibi Dominus Iesus, ut Prophetica & Apostolica scripta. uel semel cum uero timore Domini, & fideli, perseverantiq; inuocatione spiritus. S. uelis perlegere, & excutere, reiectis interim humanis opinionibus, aliunde tibi ingestis, Amen.

Hoc certe si Dominus tibi dederit, indubie non minus pigebit ac poenitebit te scripti tui, quod aduersus me, sed doctrinam Christi superiori anno euulgasti, quam nunc tibi de eo places, & confidis.

Agnosces quoq; te nihil omnino attulisse hoc ipso tuo altero scripto, quod non iam confutatum a me sit, priore mea ad te responsione. Qua nimirum de causa tam sero impelli potui, ut tibi responderem denuo, quod forsitan ad huc distulisset, nisi otium hic contigisset aliquod, dum initium colloquii huc instituti per aliquot septimanas expectandum fuit, magis enim necessaria & utilia ministeria Ecclesiae antepondere debuimus minus necessarijs minusq; utilibus.

Quinq; controuersias contra me agendas suscepisti unam criminum, quae nobis mutuo intendimus. Alteram de submota a Missis uestris dispensatione calicis dominici. Tertiam de inuocatione diuorū. Quartam de exactione coelibatus sacerdotum. Quintam de auctoritate, et scripturarū & Ecclesiae. Praesenti opere secundam modo controuersiam

Præfatio ad Latonum.

trouersiam tractandam suscepi. Quæ enim est de criminibus nostris, quoniam ad nostras ipsorū personas pertinet, merito ijs, quæ sunt de causa Christi, post habetur, ut & in priori mea responsione huic ultimum locum assignauit, utcumq; tu eam primam feceris.

In priore mea responsione, hanc de mutilatione Sacramenti attigeram parcius, non enim uisus eras mihi eam pertractasse serio, uel iam longe abesse a cognitione ueritatis, in hac præsertim causa, quæ pridem gratia Domino, etiam a quibusq; laicis hominibus, (qui aliquid modo Christianæ mentis habent) intelligitur. Visum itaq; est nunc istam quæstionem tractare paulo exactius, maxime idco, quod uideam plerosq; sciolos tecum putare, eam esse contemnendam, ut quæ sit de externa modo Sacramenti parte. Quocirca locum illum qua religione nobis præcepta Dei, de ceremonijs externis seruanda sunt, aliquãto uberius tractandum desumpsi.

Quia uero uos, qui receptos abusus contra Euangeliū Christi defenditis, de Missis uestris propter quorundam Sophistarum in hoc infœliciter collocatam operam, admodum coepistis confidere, ut quæ possint autoritatibus S. patrum defendi, uolui alterū librum subiicere, de ueris & falsis Ecclesiæ sacrificijs, & ex scriptis quoq; S. patrum ostendere, nō omnia qdem, (qs. n. omnia enumeret) sed præcipua



Præfatio ad Latomum.

cipua missarum uestrarū uitia, atq; demonstrare Missas  
uestras auctoritatibus sanctorū patrum omnino condem-  
nari. Cumq; Missas uestras mortuis, & refrigerando  
Purgatorio uestro potissimum addixistis, exposui etiam  
& ex eisdem quoq; S. patrum monumentis quam horum  
religioni sacrificuli uestri aduersentur, & in cura mor-  
tuorum, in ceremonijs scilicet funeralibus, alijsq; defun-  
ctorum commemorationibus, ipso cōmento Purgatorii.  
Dominus donet tibi, ut libero ac pio hæc animo legere,  
& ex ipsius uerbo ualeas omnia dijudicare, & se-  
qui tibi libeat post hac uocem ipsius pastoris  
nostri in salutem tuam, non ei re-  
clamare in perniciem  
tuam.

AMEN.

# LIBER PRIMVS.

In quibus consistit controuersia, quæ est inter Ecclesiam  
Christi, & Latomum de dispensatione calicis  
Dominici. Cap: I.

**P**rimus locus inter nos controuersus est de  
Eucharistia integre dispensanda, in quo illa  
quæstio inter nos nominatim controuerti-  
tur. Num fas esse possit, a celebratione Mensæ Chri-  
sti dispensationem remouere sanguinis Christi, sacra-  
mento Calicis exhibendi. Ad hanc quæstionem tu  
ais posse, ego nego. Cumq; sententiam tuam scri-  
pturis, quibus solis in his rebus standum est, probare  
non possis, quod ipse fateris, ad autoritatem confu-  
gis Ecclesiæ: eaq; de causa quatuor hoc in loco tra-  
ctando, capita tibi probanda sumpsisti.

Primum calicem Domini esse ademptum Laicis  
per Ecclesiam Christi. Alterum, id esse non sine rati-  
one, iustiq; de causis ab Ecclesia factum. Tertium,  
etiam si absq; ratione hoc idonea ab Ecclesia factum  
esset, tamen tolerari a pijs hominibus debere potius,  
q̄ committi, ut unitas Ecclesiæ, huius rei gratia labefa-  
ctetur, & scindatur, quam contendis, nos usurpando  
usum sacramenti integri distraxisse & eo a commu-  
nitione recessisse Ecclesiæ Christi Catholicæ. Quar-  
tum, nostram sententiam autoritate D. Cypriani &  
Chrysostomi non adiuuari, & Cypriani etiam premi.

**A** His

Quatuor capita de  
dispensatione Calicis  
Dominici.



His quatuor Capitibus tua disputatio tota contentur: quae ego in priorē meā responsione confutavi omnia. Quam meam confutationem, si existimasti non ex scripturis diuinis, & Ecclesiasticis traditionibus, certo probeq; esse conclusam, debebas reprehendere, uel eas authoritates, ex quibus illam concludere uolui, uel ipsam concludendi rationem. Quorum neutrum tu facere tentasti, tamen si susceperis, & meam confutare, & tua confirmare. Quibus uero in locis ab hoc tuo proposito excideris, consequenter indicabo.

*Prima controuersia. Vtrum Christi, uel Antichristi Ecclesiae & Ministris, accepta ferenda sit reomotio dispensandi calicis e mensa Domini. Cap. II.*

**P** Rima igitur controuersia inter nos discutienda haec est, Vtrum Ecclesiae ut Christi Ecclesiae, factū & iussum esse possit, nec ne, quod a Missis uel Ministris, omniq; administratione Cænae Dominicae dispensatio sanguinis Christi, per sacramentum Calicis submotā & prohibita est. Tu contendis hanc ueterum Sacrificulorum & Pontificum audaciam, & fatuum & iussum Ecclesiae Christi habere oportere. Nos uero, affirmamus hoc sacrilegium esse temeritate & superstitione Sacrificulorum imperitorum, & irreligio-

LIB.

SVEBATA CALICIS DISPENSATIO.

irreligiosorum, primum admissum, deinde rebellionis & peruicacia Antichristorum defensum, tantisq; panis sancitum.

Summa confutationis, qua Latomi commētatio de sublatā dispensatione Calicis, prius confutata est.

Cap. III.

**T** V pro tua opinione, nullam aliam affers rationem, q̄ usum diuturni temporis, & Decreta Concilioꝝ Constantiensis & Basiliensis. Ego uero demonstraui in mea priore responsione pag. xxxix. & sequentibus, & pagina cxxxvi. & duabus sequentibus. Item pag. cli. & duabus sequentibus. Primum non statim Ecclesiæ, ut Ecclesiæ Dei attributum esse, si quid diu obseruatum sit ab ijs, qui se Ecclesiam, aut Ecclesiæ ministros uocant, aut etiam re uera sunt. Nam homines dum hic uiuunt, quantumuis sancti sint & p̄i, labi posse & errare, idq; tam coniunctos q̄ separatos. Iam enim Augustini tem-  
presumptiones to  
Ecclesiæ.  
sumptionibus, & quas homines præceptis Dei anteferebant, ut idem Augustinus queritur. Has interea  
Epistola cxiij  
plus nimio esse auctas omnes fatentur. At propterea quod hæc præsumptiones multo diucius, q̄ detracta a sacra cæna fuerit distributio calicis, obtinuerunt, Ec-  
**A** ñ **clesiæ**



**LIB. I.**

**CVI ECCLESIAE TRIBVENDA.**

clesia eas ascribere, ut Ecclesia Christi, neminem esse qui ausit, multo minus igitur illam uestram Cæna Dominicæ truncationem, licere attribuere Ecclesie Christi, ideo, quia annis multis, quibus scilicet Ecclesia idoneis destitutæ Episcopis fuerunt, recepta & defensa est.

**Quid Catholicum  
æ Ecclesias proprie  
m.**

Deinde ostendi id demum posse Ecclesie ut Ecclesia Christi adscribi, & dici Catholicum, quod & diuini scripturis sit consentaneum, & obseruatum sit ab Ecclesijs Dei omnibus, & semper, initio ab ipsis Apostolis facto. Tum demonstraui remotionem dispensandi calicis a sacra cæna esse nuper introductæ, & in solis occidentalibus Ecclesijs, idq; pessimo illas

tempore, cum iam Antichristus in illis præualuisset. Deinde ostendi nec istam esse firmam consecutionem: Comprobatum aliquid esse in Synodis, igitur

**Generum Synodi.**

uerum esse & rectum. Non solum enim Sirmensem, Ariminensem, Ephesinam secundam, & alias reprobatas Synodos lapsas esse a uero, & uiciofa decreta fecisse: Sed etiam probatas Synodos, ut magnam Chalcedonensem de potestate summorum Patriarcharum, & nonnullas Aphricanas tempore D. Cypriani, de Baptismate Hæreticorum. Quam uero uiciofa fuerint Synodus Constantiensis & Basiliensis, utiam nam non tam notum esset.

**Ex**

## SVBLATA CALICIS DISPENSATIO

Ex his itaq; cognosce te Latome tria pratermi-  
fisse, quæ ad confirmandam tuam sententiam erant  
demonstratu necessaria. Vnum, quod non ostēdisti,  
quicquid usurpatum aliquādiu sit in Ecclesijs quibus-  
dam, id haberi debere, ut factum Ecclesiæ Christi p-  
prium, eoq; ut ex spiritu sancto institutum. Alterum  
quod non probasti, submotionem distribuendi cali-  
cis a sacra Cæna ab Ecclesijs omnibus, & iam inde ab  
initio receptam esse. Manifestum enim est, eam ne  
hodie quidem ab orientalib. Ecclesijs esse admissam.  
Tertium, quod non euicisti ea inter Ecclesiæ Christi  
decreta numerari oportere omnia, quæ decreuerint  
ij, qui Synodum Ecclesiæ uolunt representare.

Præterea & illud peccasti, in confirmatione senten-  
tiæ tuæ, quod de Laicis tantum concludis: Cum nos  
culpemus Calicem Domini apud uos dispensari ne-  
mini, ne Clericis quidem, aut ipsis etiam sacerdotib.  
A qua Cæna Dominicæ mutilatione tui, Latome,  
sacrificii eo profecerunt, ut pridem perpauci eorū uel  
panem Domini in Missis suis distribuāt. Cum enim  
dispensare panem uolunt, facere id solent seorsim a  
Missis suis: opere Missarū penitus addicto nouo illi  
suo sacrificio, quod confinxerunt. De quo dicemus  
infra plura.



**LIB. I**

**CVI ECCLESIAE TRIBVENDA.**

Planum igitur factum est, te tua nondum confutasse. Ostendam nunc te nec nostra confutasse.

**Propositio Ecclesiae Christi de dispensatione Calicis  
Dominici. Cap. IIII.**

**C**onfirmaui, & adhuc confirmo, id, quod apud uos e Domini Cena sanguis Christi sacramentum poculi praesentibus & probatis non dispensatur, sacrilegium esse, quod nequaquam attribuendum sit instituto uel decreto Ecclesiae, ut Ecclesiae Christi, sed tribuendum sit Sacerdotum, qui huiusmodi audaciae auctores fuerunt temeritati & superstitioni: eorum autem qui id hodie defendunt manifesta contra Christum Dominum rebellionis, & furoris plane antichristiano. Hanc uero orthodoxam & catholicam Ecclesiae Christi sententiam huiusmodi demonstrauimus syllogismo.

**Demonstratio praemissae ueritatis Catholicae.**

**R**ecedere a manifesto instituto, & precepto Christi, & aliud quam ab ipso Domino & Apostolis traditum est Euangelizare, uel Euangelizatum recipere, id non potest esse factum uel iussum Ecclesiae, ut Ecclesiae Christi: sed habetur a uera Ecclesia anathema, & inexpiabile sacrilegium.

**At remouere a sacra Cena dispensationem sanguinis**

propositio:

Sola. i.

27. 10. 10. 10.

SVBLATA CALICIS DISPENSATIO  
 nis Christi, Symbolo uini exhibendam, & docere ita  
 faciendum esse, aut sequi scienter istud docentes, id re  
 uera est recedere ab instituto & præcepto Domini, &  
 aliud quam Dominus ipse Apostolis, & Apostoli tra-  
 diderunt Ecclesijs, Euangelizare, & Euangelizatum  
 recipere.

Non potest igitur hoc factum uel decretum cen-  
 seri Ecclesiæ, ut Ecclesiæ Christi, Sed habetur ei ne-  
 cessario pro anathemate, & extremo sacrilegio.

Conclusio

Propositio patet p se: Ecclesia enim Christi, sicut  
 Christum Sponsam, & caput suum uere diligit, ita re-  
 ligiose obseruat eius & instituta & præcepta: nihil his  
 adijcit, nihil detrahit. Quin ipsos etiam cum Apo-  
 stolos, tum Angelos habet anathemati, si aliud, q̄ a Do-  
 mino per Apostolos accepit, ei Euangelizent.

Ephes. vi.  
 Ioha. viii.  
 Deu. iij. et xij.  
 Gal. i.

Assumptionem etiam ueram esse, dubitare nemo  
 poterit, qui modo institutionem sacre Cænæ, & quæ  
 de ea Dominus præcepit, rite considerauerit. Diserte  
 enim testatur tres Euangelistæ & Paulus, Dominum  
 gratias egit ut panem, postq̄ benedixit, hoc est,  
 omnes ex eo biberent, quod & fecerunt. Tum etiam  
 subiicisse, facite hoc, nimirum quod ego feci, in me-  
 am commemorationem. Sic enim locum hunc &

Dispensatio variisq̄  
 Sacramenti in om-  
 ni Dominica cænæ  
 faciunda / est traditio  
 Dominum etc  
 deat obseruanda.

D.



**LIB. I.**

**CVI ECCLESIAE TRIBVENDA.**

D. Cyprianus explicauit. Nec negabis Apostolos hanc Ceremoniam Ecclesijs hac ipsa ratione, qua eam a Domino acceperant, tradidisse. Nam D. Paulus cum ab usum, quem Ecclesia Corinthiaca circa hoc sacrum admiserat, uellet corrigere, ad hunc modum praefatus est: Ego accepi a Domino, quod & tradidi uobis. Tradidit autem illis non minus Calicis Domini, quae panis, e mensa Domini dispensationem. Et adiecit, Quotiescunq; editis panem hunc, & bibitis calicem hunc, mortem Domini annunciatis, donec ueniat.

Ergo teste Apostolo, traditio hanc Domini est, & obseruanda dum ipse redeat ad iudicium orbis, ut quotiescunq; Eucharistia celebratur, dispensari debeat e mensa Domini, sicut panis, ita etiam calix Domini, & presentibus, atq; pbatis pariter omnibus. Quam obrem remotio, ac inde consecuta prohibitio dispensandi calicis, traditioni Dominicae & Apostolicae tam aperte contraria, Ecclesiae Christi, aut ueris Domini sacerdotibus attribui nullo modo potest. Sed est omnino & necessario accepta ferenda, primum temeritate & superstitioni imperitorum & irreligiosorum sacerdotum, qui eam inuexerunt: deinde manifesta rebellionis contra Christum, & tyrannidum eorum, qui se

SVBLATA CALICIS DISPENSATIO  
 in locum Christi, imo supra Christum, & quicquid  
 colitur pro Deo, euexerunt, suaq; decreta decretis  
 Christi anteferri uolunt.

Hæc non tam mea, q̄ omnium fidelium Christi  
 demonstratio est, in qua illi certo uident, & tenent  
 istam uestram sacræ canæ mutilationem, Ecclesiæ, ut  
 Ecclesiæ Christi, tam attribui non posse, ut omnis ue-  
 ra Christi Ecclesia, & de institutis ac præceptis Chri-  
 sti sui recte edocta, illud certe & necessario pro horri-  
 bili habeat sacrilegio, & æterno anathemati addicat.

*Sophistica reprehensio præmissæ demonstratio-  
 nis quam obijcit Latomus.*

Cap. V.

8 Ed conatus tamen es, Latome, hunc Syllogis-  
 mum nostrum dissoluere, id igitur ut persiste-  
 ris, nunc uideamus. Conclusionem tu nostram eo a-  
 uertere & irritam ostendere instituisti, quod laboraris  
 ostendere, deesse illi uniuersalem & propositionem &  
 assumptionem. Propositionem, q̄ contendis, Præ-  
 cepta Domini de externis ceremonijs Sacramentorū  
 non esse ex eorum præceptorum Dei genere, a qui-  
 bus recedere, quæue immutare, uel adijciendo eis, uel  
 detrahendo, omnino non liceat, quorumq; contraria  
 statuta oporteat tanq̄ alienum habere Euangelion.

*Latomus conatur  
 offundere summa-  
 re comparat ostende-  
 dere propositiones  
 nostri Syllogismi  
 esse uniuersales.*



*LIB. I*

*DE OVE ECCLESIAE TRIBVENDA.*

& anathematizare: sed esse ex eo præceptorum, & mandatorum Dei genere, quæ Deus in libera dispensatione Ecclesiæ, uel procerum Ecclesiæ suæ posuerit. Et hoc probare anniter s quibusdam, ut tu adseris, mutationibus, quas sibi Ecclesiæ in Ceremonias utraque usque sacramenti Baptismi, & Eucharistiæ recte permiserit. Assumptionem uero non esse uniuersalem eo conatus es ostendere, quod negas dispensationem sanguinis Christi Sacramento Calicis faciendam a Domino sic esse institutam & præceptam, ut effectus obseruationis perpetuæ: uerum ut certo tantum tempore obseruaretur in Ecclesijs. Et regeis refutatam a nos antea cõmentum illud, quod & uestre obseruationis omni omnino pugnat, usum Calicis tantum sacerdotibus institutum & præceptum esse.

Itaque & maiorem & minorem propositionem nostri Syllogismi conaris particulares facere, hanc negando ei inesse generalitatem temporis & hominum, quibus usus Calicis institutus sit, & præceptus: in illa uniuersitatem eius generis præceptorum Dei, a quibus recedere Ecclesiæ minime liceat.

*De re actibus deum.*

*Hoc demonstratur a capite usque ad caput 13.*

Mihi igitur contra, tria nunc ostendenda sunt: Vnum, institutum & præceptum Domini de dispensando e mensa eius calice, contineri sub eo præcepto Dei

Dei genere, a quibus recedere nequaquam possit Ecclesiæ licere.

Alterum, quod ea, quæ tu adfers, tanquam ab Ecclesia contra institutum & præceptum Domini in utroque sacramento immutata, aut omnino non esse facta, aut non esse facta contra institutum & præceptum Domini.

*Hoc demonstratur a  
cap. ix. vsq; ad eam  
pag. 27.*

Tertium erit, ut ostendam, institutum, & præceptum Domini de dispensatione calicis e sacra cæna, ita esse a Domino traditum, ut non certo tantum, sed omnino tempore obseruari debeat ad finem usque sæculi, dum scilicet ipse redeat ad iudicium.

*Hoc demonstratur a  
cap. xv. vsq; ad pag.*

Tum usum Calicis esse institutum & mandatum omnibus Christianis, non tantum sacerdotibus.

*Hoc demonstratur a  
pag. Cap. viii. ad fla-  
nem libri primi.*

His demonstratis planum erit, propositionem & Assumptionem nostri Syllogismi veras uniuersas & proprias esse, atque euidenter concludere Ecclesiæ catholicam, & nostram sententiam, dispensationem scilicet Calicis in omni cæna Dominica, esse ita a Domino traditam & præceptam, ut sit religiose obseruanda ab omnibus Ecclesijs, & singulis Christianis, usque dum Dominus ipse redierit ad iudicium, & impleuerit prelati nobis omnia, his rebus, quæ ex parte sunt sublati uerbo, sacramentis, fide & spe. Nec ulli Ecclesiæ ius esse posse eam ullo tempore submouendi.



*LIB I.*

*QUA RELIGI. SERVANDA.*

Eq; recedere ab hoc tam manifesto Christi p̄cepto, Ecclesiæ Christi haberi necessario anathema, nec a tribui hanc introductionem posse, nisi temeritati, & superstitioni imperitorum & irreligiosorum sacrilegolorum: confirmationem autem & defensionem rebellionis & furori plane Antichristiano.

*Qua religione obseruanda sint præcepta Dei, de externis Ceremonijs & Sacramentis tradita.*

*Cap. VI.*

Quod igitur attinet ad id, quod primo loco, & pro confirmatione maioris propositionis demonstrandum est, de genere præceptorum, in quo dispensatio calicis Dominici sit collocanda, rogo te uideas ipse & in ipsa lege Domini, de quibus rebus & officijs illa p̄cepta a Domino sunt: Nihil addas & meo, nihil detrahas. Non declines ad dextram, nec ad sinistram.

Quarto Deuteronomij illud de non adijciendo nec detrahendo uerbis Domini, primum p̄positum est: eum ergo locum lege, atq; expende: Sic enim habent uerba Domini. Et nunc Israel audi *שמע ישראל*, id est, ceremonias, & leges ciuiles, quas ego doceo uos, ut faciatis & uiuatis, & intretis atq; possideatis terram, quam Dominus Deus patrum uestrorum dat uobis. Non

*De egyptijs Ceremonijs cultus Dominici illa nomina- tim præcepta sunt: sic sic, his nec addas nec detrahas aliquid*

## PRAECEPTA DE CEREMONIIS.

Non addetis uerbo, quod praecipio uobis &c. Et subicitur ibi, Ecce docui uos ceremonias, & leges ciuiles, sicut mihi praecipit Dominus Deus meus, ut faciatis sic in terra. Et rursus, Quae gens adeo magna, cui sint ceremoniarum & leges ciuiles, sicut lex ista uniuersa, quam propono uobis hodie.

Totum hoc caput perlege Latome, tum & decimum huius libri, atque in his singula uerba pondera, idque animo libero & religioso, seposita aliquantisper uincendi cupiditate, & uidebis perfacile, praecipit hoc Dei, de non adijciendo uerbo Dei, & non auferendo, nominatim de ipsa externa sacrarum ceremoniarum ratione & obseruatione esse traditum, totiesque ingeminatum: **אֲפִינ** enim sacras ceremonias significat. Videbis Dominum uoluisse, mentem nostram illam superbam semper, & sibi fidentem, atque praecipit ipsius resilientem, atque pro suis impijs cogitationibus in uaria & nefaria inuenta euagantem, euanescentemque idque maxime in ratione cultus diuini, ad obedientiam reuocare uerbi sui, praecipuae & primum omnium in ipsis externis cultus sui ceremonijs. Videbis quoque quod diligenter urgeat illud, ut sic faciatis in terra, in qua uos introduco, uti uobis praecipit, Utque omnem etiam populi sui, & praesentiam & felicitatem, uitamque ipsam

Dominus non in obedientiam uerbi sui primum per Ceremonias reducit.



LIB. I.

QUA RELIG. SERVANDA SVNT

Quibus vera Cere-  
moniarum observan-  
tia consistat.

ponat in hac ipsa religiosa Ceremoniarum suarum obser-  
vatione, quæ his scilicet duab. rebus tota continetur,  
ut ad præscriptum Domini illæ summa religione, dum  
id Dominus concedit, & uiua fide misericordiæ Dei  
in mediatore promissæ, peragantur.

Numeri 32.

Lege preterea, & pensata pie & illud, Latome,  
quod in quarto Libro Mose scriptum est, Vbi de  
Symbolo uittæ hiacinthinæ in simbrijs uestimento-  
rum figendo precipitur. Erit autem, inquit, in sim-  
bria uestra uitta, scilicet, ut uidentes eam, recordemini  
ni omnium præceptorum Domini, & faciatis ea, &  
non uestigetis quæ tulerit cor uestrum, quæ ueritatem  
ariserint oculis uestris, ut ea studio & ardore quodam  
adulterino sectemini, Sed recordemini, ut faciatis  
omnia præcepta mea, sitisq; sancti Deo uestro. Ego  
Dominus Deus uester, qui eduxi uos de terra Aeg-  
ypti, ut essem uobis in Deum, Ego Dominus Deus  
uester.

vide quanta in ce-  
rimoniarum religio exi-  
gat.

Uocabus nouus ex-  
cogitandi ceremoni-  
arum.

Vide Latome, quoties repetat Dominus, debe-  
re Populum suum habere semper in memoria, &  
præsenti animi sui contemplatione Præcepta sua, &  
ea omnia. Perpende item, ut nominatim uetet, ne  
argutetur, neue uestiget ceremonias & rationem sacra-  
rorum, pro ut ei suggererit animus ipsius, tuleritq;  
cupit

## PRAECEPTA DE CEREMONIIS.

cupiditas aspectu excitata oculorum eius. Qui moribus adeo inheret nobis, innatus scilicet cum ceteris a primis usque parentibus, per uiciatum traducem, ut nunquam, dum hic uiuimus, excuti satis possit: quare cum primo Decalogi Praecepto, tam multa illi Praecepta Dei obiecta sunt, tanquam multæ & graues Prophetarum conciones.

Animaduerte praeerea, quod Dominus hoc fornicari a se uocet. Deniq; considera, quam huius praecptionis causam subiiciat: Vt sitis sancti, inquit, Deo uestro: Ego Deus uester. Tum igitur sancti Deo nostro sumus, & est ipse Deus noster, cum in omnibus rebus, maxime uero in Religionibus, uerbum ipsius per omnia sequimur, Et tum nos ipsos profanamus, & a Domino adulteramur, ipsiq; ne sit Deus noster abijcimus, quando in confingendis religionibus aliquid nostrae argutationi, & cordium nostrorum commentationi indulgemus, quæq; carere nostra pulchra uidentur, & decencia, in sacras Ceremonias inferimus.

Hi enim sunt illi Dialogismi, quibus teste Paulo Maiores nostri ad omnem Idolomaniam euanuerunt, easq; tenebras mentibus suis inuexerunt, eoq; exitialis stultitiæ precipitarunt, cum sapere sibi maxime

*Deum ne sit noster  
Deus abijcimus, ne  
obseruando eius ce-  
rimonias, ut ipse  
praecipit.*

*Rom. 1.*

mopere



LIB. I.

QUA RELIGI. SERVANDA SVNT

mopere uiderentur, ut tandem sempiternam Dei incorruptibilis Maiestatem commutarent simulachris hominum corruptibilium, uolucrum, quadrupedum & serpentum. Quam Maiestatem suam uiolationem quantopere Deus detestatus sit, eo abunde patefecit, quod tradidit illos, hac de causa, in cupiditates, & animi perturbationes seditissimas, & deterrimas, mentis furorem extremum: ut ipsi sibi ipsis, & omnibus hominibus abominationi essent, Vti eos Apostolus ad Roma. i. describit.

Quem te rogo Apostoli locum lege & expende, ac cum eo compone, quam uitae rationem, quam sancti moniam ipse uideris Episcopos, & sacerdotes Romae, Lutetiae, Treueris, Coloniae obtinuisse, & eos maxime primos & dignitatum & emolumentorum Ecclesiasticorum gradus, occupant. Nihil certe in his deesse conspexit eorum scelerum & flagitiorum, quorum Apostolus catalogum describit sane horrendum, praesertim Romae. Inquire igitur apud te, unde nam euenerit, ut in hoc populi Christiani summos Pontifices, Cardinales, primarios Episcopos, praeter ceteros & sacerdotes, praesertim ut in primos Idolatriae inuentores & sectatores huius Dei deflagarit? Mirabor nisi deprehenderis huiusmodi tam sauae irae diuinae in istam gentem tuam sacerdotum

De uisceribus Dei  
humanicus inuen-  
tus Cecerunt.

praeterea papistici  
eisdem malis peccatis  
dicitur quae Apostolus  
de sacerdotibus. Idololatriam  
erit commemorat.  
Roma. i.

## PRAECEPTA DE CEREMONIIS.

talem hanc esse causam, quod Maiestatem Dei eadem qua ueteres Idololatrae uiolant audacia, praescedendo a se (ut in sacris ceremonijs, ita & in omni reliqua uita) uerba & praecipia Dei, suisque uanissimis Dialogismis, & praepostera sapientia cuncta peregrinis replendo cultibus. Etenim Latome, hoc tibi confirmo, nec negabis ipse id uerum esse, siquidem scias quid Dominus in scripturis suis, & traditionibus Apostolicis Ecclesiae commendarit, non esse reliquum unum ritum Ecclesiasticum, unam ceremoniam, quam tui sacrificii, tuus Pontifex cum creaturis suis non aut plane nouam inuexerint, aut impia nouatione peruerterint.

Hinc itaque factum est, ut hos ipsos tuos primos praesules, & Ceremoniarum administratos uideamus praeter omnibus mortalibus in probrosas cupiditates, portentosas animi libidines, cunctaque scelera & flagitia proiectos esse, ut nemo non cernat, & taceat, non esse hos qui colere, aut placare Deum ualeant, sed qui iram & ultionem potius Dei, ut in seipsum, ita in omnes quoque eos qui ipsorum sacris communicant, prouocent.

Iuxta illud Psal. L. Impio autem dixit Deus, quid tibi ut commemores Ceremonias meas, & de foedere meo uerba facias? Nam odisti disciplinam, & pericisti uerba mea a tergo. Si uideas furem, cum illo curris, &

Sub Tyrānide praesae omnes Ceremoniae Christi, uel sublatas, uel immutatas.

Ista igitur Dei committitur malorum sacerdotum ministerio eam uero.

C cum



## QUA RELIG. SERVANDA SVNT

„ cum adulteris habes partem tuam. Os tuum dimittis  
 „ ad iniurias, & lingua tua concinnat dolos. Sedes, con-  
 „ tra fratrem tuū loqueris, & filio matris tuæ imponis  
 „ probum. Ista tu facis, quia uero filii, nec pœnas de te  
 „ sumpsi, æstimas me fore tui similem. Ego autē rephē-  
 „ dam te, & consistam aduersus faciem tuā. Intelligite  
 „ hoc, q̄ obliuiscimini Deum, ne corripiat ad pœnam,  
 „ nec sit qui eripiat. Qui sacrificat cōfessionem, p̄dicans  
 „ sincere Euangelium Dei, is honorat me, & q̄ expedit  
 „ uiam pie uiuendi, huic exhibebo salutem Dei. Item  
 „ Meleaci: Si non audieritis, & corde acceperitis, ut de-  
 „ tis gloriam nomini meo, dicit Dñs exercituum, mit-  
 „ tam in uos maledictionem, maledicamq; benedictio-  
 „ nibus uestris, sicut etiam maledixi, q̄a non accipitis  
 „ corde. Ex quo & D. Gregorius tam sanctus licet uis  
 „ non ab re scripsit, se ualde ptimescere, ne cōmissa ipsi  
 „ plebs fidelium, reatus ipsius additamēto, deperat, cur-  
 „ sus Dñs eo usq; delicta tolerauisset, postq̄, sicut cuncti  
 „ liquidum cognoscerent, cum is qui displicet, adine-  
 „ tercedūm mittitur, irati ad deteriora animus puo-  
 „ caretur. Hæc det Dñs, ut & tu, & ñ p̄ quib. decertas,  
 „ in tempore intelligatis, & animaduertatis, Amen.

Ne autem ea, quæ & hoc loco de prauorum p̄uice  
 lum & sacrificulorum manifesta orbi peruersitate, &  
 nequitia

Vide gratiam sacri-  
 ficium.

Mat. 23.

Vide quid Ecclesie  
 commodum peruer-  
 sit sacrificia.

Distinct. 23.

nequitia quaestus sum, quisq; ad eos etiam detorqueat, qui in ordine Episcoporum, & praelatorum uestro-  
rum adhuc herent quidem, sed uiuunt castigatius, &  
correctionem eorum, quae nequiter & flagitiose ab  
alijs in hoc ordine admittuntur, expetunt. Protestor  
me hac mea querela non uelle quenq; notare, qui  
non ea de quibus quæror in se palam, omni reiecto  
pudore plane ostendet. Nam humanitus admissa  
peccata, eorum presertim qui Ecclesiae consultum capi-  
unt, tegi & emendari leniter, non acerbis criminatio-  
nibus exagitari uelim.

Horum uolui te in isto loco admonere, ut si fieri  
queat, non tam leue duceres, abjicere mandata Chri-  
sti, etiam quæ uidentur minima. Qui enim unum ex  
minimis præceptis suis soluerit, & sic docuerit homi-  
nes, is minimus uocabitur in regno caelorum, adeo-  
q; tandem regno caelorum eicietur: quanq; hæc de  
sacris ceremonijs præcepta, tametsi de externis re-  
bus præcipiant, minima nequaq; sed prima & maxi-  
ma, ut D. Cypriano, ita & cæteris Christianis omni-  
bus, habeantur.

*Omnia præcepta Dei esse obseruatu semper necessaria,  
sed ceremonias nõ esse præceptas pro omnib. locis, tempo-  
rib. & personis. Cap. VII.*



## LIB. I

## QUA RELIG. SERVANDA SVNT

20.

Sunt quidem inter præcepta Dei & Christi gradus: quæ quædam sunt de rebus & actionibus obseruatu semper necessarijs, quæ remitti nunquam possunt, ut sunt, credere & fidere Deo, inuocare & amare Deum, eius causam omnia perdere uelle, diligere & iuuare in omnibus proximum, sancte & caste uiuere: Quædam uero de rebus certi temporis, certi loci, & certarum personarum, ac ideo non per se ad salutem necessarijs. Tales res sunt omnes externæ ceremoniæ, sacræ feriæ & conuentus, sacramenta, & reliquæ Ecclesiasticæ actiones. Cum ergo Dominus populo suo non id tempus concedit, non eum locum, aut cæteras conditiones & circumstantias, quas ipse ad peragendas rite ceremonias suas præscripsit: tum nec earum obseruationem ceremoniarum præceptis suis requirit. Proinde cum e terra sacrificijs suis consecrata Iherosalem eiecisset: nec sacrificia sibi ab eo fieri postulabat. Sic Machabeos, cum eis hostes immisisset sabbatho, nec spacium concederet sacris ceremonijs uacandi, necerit sabbatho necessitatem iuuandi homines, uel in corporibus, uel in reb. hoc benignitatis & charitatis sacrificium potius, quam ceremoniarum sacra præstari sibi uoluit, ut Christus ipse hanc legem de sabbatho

Duplicia præcepta  
perpetua et tempo-  
raria.

Quando præcepta  
de ceremonijs non  
seruentur.

## PRAECEPTA DE CEREMONIIS.

tho est interpretatus. Ad eundem modum, si non concedat Dominus facultatem recipiendi baptismatis, & Eucharistiæ, ita ut ipse instituit, nihilominus credentibus sibi, & se invocantibus, regenerationem, suiq; saluificam exhibet communionem, nec prætermissa symbola peccato deputat.

Sacramenta quando non necessaria.

At cum largitur hæc rerum facultatem, tum certe si non & festos dies sanctifices, sacros conuentus animo & corpore frequentes, sacramentis utaris, & utaris eadem omnino & mente & ratione quam Deus ipse præscripsit: Si quid in his prætermittas earum rerum quas ipse tradidit, si quid peregrinum, pro inuentione cordis tui, aut ex cupiditate oculorum tuorum admiscueris, si non per omnia ipsius uerbo quam religiosissime inhæreas, sed ab eo uel ad dexteram, uel ad sinistram declines, adijciens aliquid, uel detrahens, adulteraris a Domino, Maiestatem eius imminuis, eamq; Deo tuo facis contumeliam, ut merearis præsus excindi ex populo Dei, qua poena Dominus suade ceremonijs præcepta toties sanciuit. Etenim qui circumcisionem, q; religionem Sabbathi, qui sacrum pesah, qui ieiunium in die expiationis neglexisset, feussisset, uel prætermittendo in illis, quæ Dominus præ-

Quando observatio Ceremoniarum necessaria.

Quanta poena Deus sanciuere ecclesiam suas.



## LIB. I

## QVA RELIG. SERVANDA SVNT

cepit, uel adijciendo quæ non præcepit, qui immundus sacris se ceremonijs admiscuisset, eos omnes excidendos esse e populo suo Dominus decreuit. Vide Gene. xvii. Exo. xxxi. & xii. Leuitici xxiii. Leuitici vii. & uicesimo secundo.

His in locis loquitur tibi Deus, conditor & iudex tuus, cuius uerba perstabunt immota, cum non nos tantum, sed etiam tota cœlorum & terræ machina instar uestimenti immutabitur. Hinc ergo, non ex tua aut aliorum hominum ratione, non ex diuturnis abusibus discere, quam Dominus a nobis requirat obediendi religionem, etiam in illis præceptis suis, quæ de externis, atq; temporarijs ceremonijs tradidit, quibus salutem tamen nostram nequaquam addixit, quasq; etiam, si sine fide solida præstentur, non solum pro nihilo habet, sed plane abominatur, tolliq; a se præcipit, tanquam singularem Maiestatis suæ contemptum & contumeliam.

Neq; enim res istas Deus per se moratur, obedientiam poscit uerbi sui, hoc ipsum igitur non cœcæ rationem mentis nostræ, non ullam uniuersæ creaturæ autoritatem iubet nos sequi, cum in reb. & actibus omnibus cæteris omnibus, tum maxime in sacris ceremonijs, ut quibus uelut in conspectum eius prodimus

344.  
Nusquam religiostris uerbis Dominus interdum, quam de sacris ceremonijs.

## PRAECEPTA DE CEREMONIIS.

mus, & cultum eius singulariter profiteamur, idq; cum primis agimus, ut & ueniam impetremus eius, quod a uerbo, placitisq; ipsius in cæteris nostris actionibus tam multipliciter defleximus, & nos eius imperio nunc quasi restituamus, & addicam<sup>9</sup>, implorato eius spiritu, qui nos in uis eius ducat, & a præceptis eius nusq; sinat aberrare.

Sunt sane & nostra Sacramenta res externæ, & mutationi obnoxia, nec perpetuum usum religionis habent, tamen quia Deus illas instituit, ut sint symbola & instrumenta, suæ erga nos beneuolentiæ, & meriti filij sui pro nobis depensi, ac uult, ut his summa eius beneficia percipiamus, remissionem peccatorum, communicationem cum ipso in filio eius, spiritum rectum, & benedictionem eius in omnem uitam nostram, tum etiam ut inuicem ipsum his sacramentis confiteamur, celebremus, & nos ei totos consecremus: exigit merito, ut in his rebus uersetur cura & religione exactissima, mente omni ut in cœlum, inq; ipsum Dei conspectum, iuxta illud, sursum corda, subuecta, ita etiam in uerba eius penit<sup>9</sup> defixa, & tota inherente.

Quapropter cum in cunctis actionibus nostris cauendum nobis magnopere sit, ne cōmenta nostri cordis,

In quo ceremoniarum sanctitas.



## QVA RELIG. SERVANDA SVNT

cordis, nostrarumue cupiditatum motus sequamur, hoc profecto cauendum nobis summopere est in religionibus. Certe qui terrenis se regibus & principibus student approbare, & præstare gratiosos, hi quamquam semper, & in omnibus actionibus suis ob oculos habeant præcepta & mandata suorum regum & principum, & ad illam omnem uitam suam formare elaborent, ac ne quid ab illis aberrant studiose caueant, tamē hæc multo maiore adcurant sollicitudine, quando uersantur in oculis regum, & principum suorum, & sua illis coram ministeria exhibent. Quanto ergo magis nos hæc cura & sollicitudo tenere & urgere debet, cum in sacris ceremonijs, quasi relictis terris, in caelos ad ipsum diuinæ bonitatis, & gloriæ thronū ascendimus, & ueniam erratorum nostrorum, spiritumque uitæ sanctæ & beatæ, & oramus & percipimus ab ipso Domino & Deo nostro, magno & formidabili præ omnibus regibus terræ, qui est Zelotes & ignis uorans.

Moueant igitur nos exempla Nadab, & Abihu, Betsemitæ, Uzæ, & Regis Uzæ. Erat etiam tunc omnis ignis Domini, ac ideo sanctus, gratumque incensum habuit Deus, quem ei sancti patres cōmuni ad id igni usi, exhibuerunt: tñ cum Nadab & Abihu præceptum Domini aliud haberent, exitium ipsi sibi sua

Et regū atq; principum ministeria in conspectu principū exhibent singulari cura.

Uolentes uolens ceremoniarum.  
Leuit. 24.

## PRAECEPTA DE CEREMONIIS.

sua intempestiua religione accersuerunt, adhibentes ad incensum Domini ignem alienum. Ita & conspici-  
 sta atq; atrectata arca foederis, cum multis salutaris  
 fuisset, Betsemitis & Vzæ tam grauem pestem attu-  
 lit, q̄a hi eam contra quam p̄scripserat Dominus, &  
 uiderunt & tetigerunt. Ita ab incensu, quo multi pa-  
 trum Deum placauerunt, Rex Vzia lepræ plagam

i. Samu. 6. et vij.

q. paratip. 2. vij.

retulit, quia eo usus fuerat præter uerbum Domini.  
 Vide quam seueriter ultus sit Dominus neglectum  
 uerbi sui, in rebus transitorijs quidem, & caducis, sed  
 pertinentibus ad cultum suum, & uerbo eius conse-  
 cratis.

Atq; hæc propter nos, in quos fines sæculorum p̄-  
 uenerunt, scripta sunt, ut nobis typi essent, in quibus  
 iudicia Dei nostri cognoscamus: & illud disceremus,  
 cum omnis neglectus & contemptus uerbi Dei, gra-  
 uissima sit Deo contumelia, & extremam iram eius  
 mereatur, tamē contemptum uerbi eius, qui in sacris  
 ceremonijs admittitur, immaniorem esse Deo con-  
 tumeliam, & ultionem Dei mereri omnium seueris-  
 simam. Etenim qui uerbum & præceptum Dei tum  
 sacrosanctum non habet, & seruire Deo, iuxta illud  
 non studet ex toto corde, cum timore & tremore,  
 cum ceu in conspectu ipsius uersatur, & placare eum

Contemptus uerbi  
 Dei in ceremonijs  
 grauissimus.

i. Cor. 13.

D querit



**LIB. I.**

**QUA RELIG. SERVANDA SVNT**

querit, de omni transgressione legis eius, quam in reliqua vita uniuersa admittit, quid is omnino de uerbis & præceptis Dei alijs in locis, & actionibus suis sollicitus sit? imo quid de Deo, & maiestate eius dignum Deo sentiat? Recte igitur de talibus quaritur Dominus, quod fœdus salutis uolent, & tergum sibi obuertant, seque ne sit Deus eorum, reijciant.

Hinc sane & in ceremonijs gentium, quam grauius-  
 missimo cum errore superstitionis, ista de ceremonijs  
 diuinis hæsit existimatio. Magnum enim delictum  
 iudicabant, & eo iram diuinam prouocari grauissime  
 censabant ethnici, si sacerdotes uel uerbulo uel factore  
 in operandis sacris lapsi fuissent. Id ueteris & ueræ religionis  
 quoddam uestigium fuit, quæ ut dictum est, summam  
 curam & attentionem in sacris ceremonijs requirit,  
 ne a uerbo & præcepto Dei aberretur. Illud  
 quidem erat superstitionis, quod anxiam illam sacrorum  
 curam, & scrupulosam de uerborum pronuntiatione, &  
 re tractationem existimabant per se requiri a Deo,  
 & gratam haberi, etiam si ceremonia ipsa, & præter  
 uerbum eius, & absque uera cordis fide Deo exhiberetur:  
 hoc tamen erat ueræ religionis uestigium, quod in sacris  
 ceremonijs agnoscebant uersandum esse accuratissime,  
 & a præscriptis a Deo uerbis & rebus nullo modo  
 desectendum.

Hinc

Superstitiosa cura  
 est in omnibus  
 rebus.

## PRAECEPTA DE CEREMONIIS.

Hanc porro ethnicorum superstitionem referunt nobis sacrificuli tui, utinam referret. S. Patrum, quam falso iactant, religionem: uerbis enim & signis ab ipsis confictis anxiam curam adhibent, ut uero ea quae tradidit Dominus, religiose administrent, nulla tenetur sollicitudine. Quamquam enim sicut mentem peruersam & impuram ad sacra sua adferunt, unde summam a Deo execrationem sibi, & nostris, pro quibus sacrificant, quod ad ipsos attinet, referunt: ita etiam quae instituit ac praecipit Dominus, tam in uerbis quam in ritibus exhibent & peruersae & negligentissime, pleraque etiam in totum repudiarunt: tamen si quid ex uerbis & signis canonis sui uel imprudenter praetermiserint, aut perturbate dixerint, aut non recte pinxerint, id graue delictum ducunt, & in confessionibus suis anxie commemorant, euitareque maximopere student.

Hic tu ipse, Latome, de tuis sacrificulis iustum iudicium facito: graue piaculum ducunt, si in sacris suis ab hominum praecipitis minimum declinarint, etiam imprudentes: & quod in his praecipitum Christi, scientes & prudentes penitus reſciunt, nulla religione mouent. Nonne hoc Antichristorum est: In uulgari nostra lingua honorantur titulo attentorum in sacris ceremoniis (die andechtigen) quo monent, quanta ipsis in sacris cura



## LIB I.

QVA RELIG. SERVANDA SVNT  
& religione uersandum & agendum sit: Sed ut ipsi se  
comparant, titulum hunc in suis forsan inuentis sus-  
stinent: in præceptis certe Dei tam falso eis tribuitur,  
q̄ ceteri tituli, quibus superbiunt, Paparum, Episcopoz  
porum, sacerdotum &c.

Sacrament ratio  
in quo consistat.

Hæc te rogo, Latome, ut coram Deo, seruatore  
cordium expendas, & hinc, ex certis scilicet oraculis  
Dei & seruatoris nostri unici, non ex ijs commentis,  
quæ uel tibi, uel alijs hominibus probabilia uidentur,  
discas, quid de sacramentis Domini, ueroq; illorum  
usu statuas. Vt enim sacramenta sint, id non ex eo  
habent, quod in eis externum & caducum est: Sed ex  
eo, quod instituta sunt & præcepta diuinitus, ad id, ut  
sint beneficiorum eius, & omnium maximoz sym-  
bola & instrumenta. Itaq; non sunt etiam nobis exi-  
stimanda secundum id, quod in eis apparet sensibus,  
quod est in eis temporarium & fluxum, Sed secun-  
dum ea, quæ de illis prædicant oracula Dei, & quæ ex-  
hibere per illa Deus dignatur beneficia sua summa &  
æterna.

Veruntamen illud non inficiamur, ut superius tes-  
tati sumus, externum & corporalem usum sacramen-  
torum non ita requiri ab omnibus hominibus, omni  
tempore & omni loco, ut ipsam fidem, inuocationem  
Dei

## PRAECEPTA DE CEREMONIIS.

Dei per Christum, communionem Christi, & nostri ad omnia Dei placita consecrationem, quibus rebus sacramenta instituta sunt. Hæc enim Deus ab omnibus, & omni tempore atq; loco poscit, quia his uita & sal<sup>us</sup> hominis constat: Vt autem ad hæc certis utamur sacramentis, id Dominus ab illis tantum postulat, quibus ea sacramenta instituit: & illis tantum cum temporibus, tum locis, quibus usum eorum sacramentorum circumscripsit. Ita cordis circumcisionem, hoc est, totius hominis inuolutionem, uoluit Deus omnes homines, & ubiq; & semper a se, per mediatorem nostrum Christum, & petere & percipere, & meditari: at hoc Dei beneficium recipere, & istud pietatis officium profiteri, sacramento externæ circumcisionis, id nec omnibus hominibus, nec omni tempore, Sed ihs solum præcepit hominibus, qui uel nati ex Abraham fuissent, uel recipi in politiam Israelis uoluissent, idq; etiam eo tantum tempore, quod ab Abraham, usq; ad reuelatum Christum decurrit.

Eadem ratione tradita fuerunt Israeli præcepta de sabbatho, & festis alijs, de sacrificijs atq; cæteris ceremonijs ueteris cultus. Cum enim deesset uel tempus uel locus his ceremonijs a Domino designatus, uel

Religio Sabbathæ

D iij nihil



LIB. I

QUA RELIG. SERVANDA SVNT  
 nihil horum requisiuit. Hinc Dñs Machabeis adfuit  
 pugnantib. Sabbatho, cum lapidari uoluisset, q̄ ligna  
 tantum sabbatho collegisset. Eadem æquitate discipu-  
 pulos excusauit, cum sabbatho spicas uellissent, ut fa-  
 mi occurrerent: cum tamen adeo opera corporis eo-  
 die exclusa omnia uellet, ut & ignem accendere sab-  
 batho uetuisset. Debat enim sabbathi religio, ho-  
 mini, propter quem erat institutum, cōmodare, non  
 incōmodare. Sic cum sacrificia Dominus certo ad-  
 dixisset loco, non solum ea a populo Israele, cum sua  
 terra exularet, non requisiuit, Sed impietati imputa-  
 set, si illa in terra aliena facere uoluisset.

Religio Sacrificio-  
rum.

Ratio ceremoniarum.

Eadem ratio est in omnibus ceremonijs, quæ cer-  
 tis addictæ sunt locis, temporibus, & hominum mi-  
 nisterijs, ut eas Dñs non exigat, & nihilominus sua  
 spiritualia dona quæ illis ceremonijs solet exhibere,  
 benigne impertiat, si non simul largiatur & tempus  
 & locum, cæteramq; rationem eas obseruandi, quam  
 suis ipse ceremonijs præscripsit: At dum ista omnia  
 concedit, facultatemq; ita ueri usus in his largit̄, tum  
 certe, qui sacras ceremonias negligit, aut non ita, ut  
 Dominus eas instituit, summa religione usurpat, is sic  
 cut Dei benignitatem in his contemnit, ita & ipsa  
 Dei beneficia repudiat, fordux salutis cum Deo dissola-  
 uit.

## PRAECEPTA DE CEREMONIIS.

uit, Dominumq; ne sit Deus & Christus suus reſcit; atq; incidit in legem illam: An ma quæ fecerit aliqd p manum cellam, id est, ſciens & prudens, confessa rebellionẽ, siue fuerit ex indigenis, siue ex aduenis, ea facit contumeliam Domino, & excidetur de populo suo: nam uerbum Dñi contempſit, & pceptum eius fecit irritum, ideo excidione excindetur anima ista, & erit eius iniquitas super eum. Sunt enim pcepta de ceremonijs, primæ tabulæ præcepta, quæ ad cultum Dei pertinent. His, ut dictum est, Deus ipse se nobis cõmunicat, & nos ei inuicem consecram⁹, ipsum cõfitemur & celebramus: unde reliquorū pceptorū obedientia ab horū maxime obseruatione pendet. Quæ ppter de his præceptis illa Psalmi cum primis nobis cantanda sunt. Tu pcepisti mandata tua seruare summo studio: Utinam dirigant uia meæ ad obseruandas ceremonias tuas: Tunc non pudeſiam cum perpexero omnia pcepta tua.

peccatum et potius  
uoluntatem ceremoniarum.  
Numeri 27.

psal. cxxx.

*Ceremonias Domini maiore religione obseruandas esse  
sub libertate Euangelij, quam sub pædagogia  
legis. Cap. VIII.*

Ed dices forſan, Deus a nouo populo suo in luce libertatis Euangelicæ externa ista non tam exacte requirit, atq; a populo suo ueteri ea requisit.

quærit



LIB. I.

32  
QVA RELIG. SERVANDA SVNT  
quem sub illa elementorum pädagogia uoluit tenere  
re arctius, & exercere feuerius.

Verum non in eo consistit amplissima illa quam  
fecit Dominus populo suo ab externis ceremonijs  
libertas, ut liceat nunc quas Dominus instituit agere  
negligenter, aut etiam mutare, uel penitus omittere.  
Cum a ueteri populo postularit Dominus, ut tradita  
tas ceremonias religione summa obseruaret, & nefas  
duceret maximum, uel minimum aliquid in eis muta-  
tare, nedum eas penitus abijcere. Libertas ista Euan-  
gelij in eo continetur, quod Dominus nobis loco cere-  
moniarum tam multarum & laboriosarum, quae  
nec omnibus erant satis explicatae, quibus oneraba-  
tur populus uetus, tradidit numero tam paucas, su-  
ctu tam faciles, & significatione tam perspicuas & au-  
gustas. Quo magis ergo Dominus nos onere extera-  
narum obseruationum, quod nec patres portare pos-  
tulerunt, liberatos, in eam uerbo & sacramentis suis  
subuexit coelestium bonorū & lucem & fruitionem,  
quam reges & Prophetae uidere & percipere expeti-  
uerunt, non autem perceperunt aut uiderunt, eo ama-  
pliolem ei ob tantam benignitatem, gratitudinem,  
& amorem ardētiolem debemus, ita ut has ipsas pauca-  
cas, commodas, & perspicuas ceremonias, quas Do-  
minus

In quo libertas  
Eangelica in cere-  
monijs.

## PRAECEPTA DE CEREMONIIS.

minus nobis pro multis onerosis, & tectiorib. commendauit, obseruare multo maiore, q̄ patres suas obseruarunt, cura & studio elaboremus.

Quae obseruantia cum sit opus grati & amantis animi, nihil habet in se seruire, nil molestū, nihil quod non ex ipsa Euāgelij & spiritus libertate ultro pueniat. Huius enim est p̄stare illud Psalmi: Seruite Dño in timore, exultate cum tremore: & habet amor uerus, atq; obseruantia iusta suam quoq; curam, & in approbando se ei, quem amat & obseruat, sollicitudinem. Quo igitur in nouo testamento maior est ab externis obseruationibus libertas, quoq; & pauciores & praestantiores nobis Dominus ceremonias instituit, hoc profanant sese grauius, adulterant magis impie a Domino, & reñciunt eum ne sit Deus eorum, magis nefarie, merenturq; eo amplius excindi a populo Dei, qui in his tam paucis, ac adeo eximjs ceremonijs a uerbo Domini recedunt, illiq; uel adijciunt aliquid, uel detrahunt.

Cum itaq; constet traditam esse a Domino, & disertis uerbis p̄ceptam sanguinis eius dispensationem e mensa eius sacramento calicis faciendam, dubitari non potest, hanc ipsam calicis Domini dispensationem, quamq; res sit externa, & sensibilis, nec obser-

In sollicita obseruatione ceremoniarum nihil seruit.

Conclusio probatio nis quae demonstratur Syllogismi nostri propositio.

E uatu



## QUA RELIG. SERVANDA SVNT

uatu necessaria pro omni tempore, omni loco, nec  
 omnibus hominib. sit deniq; ceremonia noui testa-  
 menti, & ideo utus max. me liberi, In eo tñ continet  
 mandatoꝝ Dei genere, de quo ꝑcipue & nominatim  
 ista Dominus præcepit: sic facies, sic obserues, ut ego  
 tibi tradidi, nihil illis addas, nihil detrahas: A quibus  
 qui sciens recedit, profanat se, Dominumq; rejicit ne-  
 sit Deus iuus, adulteratur a Domino, & e populo Dei  
 excindi meretur. Constat itaq; Propositionem no-  
 stræ demonstrationis, qua affirmamus: recedere scia-  
 enter a præceptis Dei, esse rem, quam Ecclesia Dei  
 necessario habet anathemati, esse omnino uniuersa-  
 lem, & nostræ disputationi ꝑprium, atq; adeo in præ-  
 ceptis Ceremoniarum præcipue ueram. Nunc ad ea  
 respondendum est, quibus probare uoluisti: esse Ec-  
 clesie Dei permissum, externas res in Sacramentis  
 immutare. Hic tu eiusmodi argumētationem con-  
 nectere conaris.

*Latomi Obratiocinatio, Quod Ecclesia possit  
 externa mutare in sacramentis.*

## Cap. IX.

D e similibus & paris momenti rebus eadem est  
 Ecclesie concessa potestas. Ecclesie autem con-  
 cessum legimus, mutare instituta, & ꝑcepta Domini  
 de

PRAECEPTA DE CEREMONIIS.

de rebus in utroq; sacramento, & Baptismate & Eucharistia, quæ similes sunt dispensationis calicis e mensa Domini, pariq; cum illa momenti. Ergo in Ecclesia potestate est, & hanc a mensa Dñi tollere.

Minorem eo probare laboras, quod Apostoli (ut tu ais) mutarint formam uerborum, quibus Baptisma conferendum sit. Et Ecclesia mutarit ordinem & ritum Baptizandi, cum, q; Baptizet infantes, priusq; doceat, tñ quod nõ mergat in aqua, & ter, quos baptizat, sed pfundat tm̄ aqua. Deniq; quod Eucharistiam Ecclesia administret nõ uestino tempore, & pmissa lotionne pedum. Hoc tuum est sophisma, quod q; uelit, legat tuis uerbis adornatum, quaternione E.

*Latomianæ obratiocinationis confutatio.*

Nos uero, ut propositionem huius sophismatis tui maiorem libenter concedim⁹, Ecclesie, scilicet esse in res pares parem potestatem: minorem tm̄ non recipimus: Ecclesiam scilicet, ut Ecclesiam Christi, aliquid sibi in alterutrum sacramentum pmississe, quod sit paris momenti, cum remota dispensatione calicis a celebratione Mensæ Dominicæ. Quæ enim tu adducis exempla, in quibus uideri uis Ecclesiam aliquid in his sacramentis de præceptis Dñi mutasse: in his Ecclesia aut omnino nihil, aut nihil mutauit

*Minor sophisma Latomiani scilicet*



ECCLE. NIHIL SIBI PERMISISSE earum rerum, quæ a Domino sunt mandata. Nam primum de Baptismate, certum est, nihil omnino esse ab Ecclesia immutatum, nec de forma, nec de ordine, aut ritu baptizandi, quod quidem præceptum sit diuinitus. In eo enim quod aliquando trinæ, non unice perfusionis Symbolo usa, nunc multis in locis quod præcepit Dominus.

*Apostolos non mutasse formam Baptismi.*

Cap. X.

Apostoli iusserunt  
baptizari et bapti-  
zari in nomine Christi  
id est in iussu et  
auspicio Christi non  
hæc uerborum forma.

Act. 8.

Act. 16.

A dducis tu mutatam ab Apostolis uerborum baptizandi formam, quam præscripsit Dominus: sed id uestrum cõmentum est, non factum Apostolorum. Quod enim legimus Apostolos fratribus illis, qui sermone ipsorum compuncti, rogauerant quid facerent, respondisse: poeniteat uos, & baptizet quisque uestrum in nomine Iesu Christi: & quod legimus Petrum iussisse Cornelium cum sua familia baptizare in nomine Domini: Ex his D. Lucæ uerbis haud quaquam consequitur uel fratres illos Hiero. Olym. uel Cornelium cum sua familia Cesaree fuisse baptizatos aliis uerbis, quibus Dominus Iesus baptizare præcepit: imo ex hac ipsa Lucæ narratione magis id concluditur: Baptisma his eisdem omnino uerbis, & eadem

## IN SACRAMENTA CHRISTI.

dem ratione esse collatum, quam Dominus ipse præscripsit.

Facere enim aliquid in nomine Domini nostri Iesu Christi, est id ita facere, ut id Dominus Iesus præcepit, & habet gratum, facere scilicet aliquid eius auspicio, iussu & uoluntate. Præceperat autem Dominus Iesus baptizare in nomine patris, filij & spiritus sancti, & docere baptizatos obseruare quæcunq; ipse mandauerat. Cum ergo Lucas commemorat Apostolos iussisse baptizari aliquos in nomine Iesu, consequitur, siquidem Apostolico intellectu, baptizari in nomine Iesu, accipere uelimus: ut debemus: hos ipsos omnino baptizatos fuisse, ea ipsa ratione, quam Dominus Matthei ultimo tradidit. Nec enim uerisimile est, Apostolos uerbis Magistri sui tam penitus addictos, in Baptizando aliquid Mandatorum Domini esse transgressos: & nulq; scriptum est, Baptizasse Apostolos hac uerborum forma, ut nomen Iesu solum, & non patris, filij & spiritus sancti Baptizando inuocauerint. Lucas. n. simpliciter memorat, Apostolos iussisse baptizari, & baptizare in nomine Christi, hoc est, iussu & fide Christi, ita ut Christus instituerat & mandauerat.

Et si contendas, formam Baptizandi, non autho-

E iij ritatem

Quid facere aliquid  
in nomine Iesu.



## ECCLE. NIHIL SIBI PERMISISSE

ritatem tantum, & fidem Christi istis uerbis: (Baptizatur quisq; uestrum in nomine Christi: & mandauit eos Baptizare in nomine Domini) esse significatam; tamen nunquam efficies, ut quisq; eorum, qui uerbo Dei uere credunt, & mediocri iudicio harum rerum præditi sunt, perinde habendum iudicet, in Baptismo te pro his uerbis: Baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Vsurpare hæc: Baptizo te in nomine Domini nostri Iesu Christi: & in sacra cæna alteram sacramenti partem, & quædam explicatiorem, atq; in se sacramenti totius perfectionem continentem, a sacra cæna remouere penitus, cum uerbis, tum symbolo, ac ita remouere, ut hæreseos damnent, q; uti ea uelint. Etenim in nomine Domini nostri Iesu Christi, & patrem & spiritum sanctum confitemur, & satis etiam hæc nomina apud credentes, atq; doctos in religione oēs, apud quos solos Baptisma administratur in nomine Iesu exprimimus. Tum symbolum aquæ Apostoli non minus ad hanc, si usi ea fuissent, q; ad illam uerborum formam, adhibuissent. At in remota dispensatione calicis a mensa Domini, iuxta tolluntur & uerba, & symbolum totum, atq; uerba doctrinæ summæ, & solacij maximi. Nihil enim id summentibus sacramentum confert, quod sacrificulus uerba hæc

Non formam tantum uerborum / sed ipsa uerba et sym-  
bolum auferunt a  
cæna Domini: qui  
calicem non dispensat

## IN SACRAMENTA CHRISTI.

hæc Domini super calicem adspirat potius, quam loquitur.

Sed dices, ut patris & spūs sancti nomina in nomine Christi exprimuntur, ita exprimunt etiam uerba Domini dicta de calice, in uerbis dictis de pane.

Possunt quidem fideles in eo quod dicitur: Accipite & manducate, hoc est, corpus meum, quod traditur pro uobis, recordari & horum uerborum: Accipite & bibite ex eo omnes, hoc poculum est nouum testamentum in meo sanguine, qui effundit pro uobis & multis in remissionem peccatorum: tamen hæc ipsa Domini uerba ad calicem dicta, tam multa, & tam significantia, tamque diuinæ *εὐαγγελίας, καὶ εὐαγγελίας*, haudquaquam adeo plene fidelibus in illis uerbis Domini quæ de pane protulit, significantur, & exponuntur, atque nomen patris, & nomen spiritus sancti, significatur & exprimitur credentibus in nomine Domini nostri Iesu Christi. Proinde nemo sensu pietatis donatus parisi momenti habebit, In Baptizando pro nomine patris, & filij, & spiritus sancti, dicere, in nomine Domini nostri Iesu Christi, si cætera Baptismi omnia, iuxta institutum Domini rite perficiat, Et in administratione sacrae cænæ, una cum uini symbolo, tam multa Dñi uerba prorsus intermittere, eaque

Usurpare nomen Iesu in baptizando pro nomine patris filij, et spiritus sancti seruat Symbolo aquæ non est simile sublationi dispensationis calicis.



LIB. I.

ECCLE. NIHIL SIBI PERMISSE

tam plena salutaris, cum primis & efficacia significat, quæ Dominus scilicet circa calicem usurpauit, & usurpanda nobis commendauit.

Sed fac esse, ut hæc uestra cæne mutilatio aliquo modo conferri posset cum eo, si Baptizando usurpetur nomen Christi, pro nomine patris, filij & spiritus sancti: tñ etiam Scholastici uestri, & inter hos Thomas, faciunt hanc ipsam formæ Baptismatis mutationem, quam tu obijcis, singularis, & tantum Apostolicæ dispensationis, quam non liceat alios imitari.

Sed ut dictum est, Apostolos non esse ufos formæ uerborum Baptizandi, quam præscripsit Dominus, nec concludi potest ex uerbis Luca, nec est consentaneum pietati Apostolorum, qui omnia ut a Domino mandatum acceperant, perficere maximopere studuerunt.

Deinde Apostoli ut usi illa forma fuissent, de qua uos contenditis, tamen non dicetis eos formam a Domino præscriptam, ab Ecclesiæ usu præsumptum esse: multo minus fecisse hæreticum hanc formam usurpare, Ita ut uestri dispensationem Calicis a sacra Domini cæna, & submouerunt penitus, & usurpare eam hæreseos condemnarunt.

Vides itaq; hinc, etiam si demus tibi, Apostolos in forma

Et baptizandi Apo-  
stoli alij obijciunt, quæ  
Dominus præscrip-  
sit, dispensatio fuit  
ad ipsos solos perti-  
nens.

forma uerborum Baptizandi aliquid mutasse, (quod tamen dari necesse non est, & pie non potest) tamen id nihil patrocinari tibi defendenti tantam cænæ sacra-  
 mēti mutilationem. Primum enim hæc uestra sacra-  
 menti truncatio constat non paucorum tantum no-  
 minum, & eorū æquipollētium mutatione, sed mul-  
 torum, & quibus nulla idem significantia supponun-  
 tur, omnimoda suppressione, ac symboli præterea to-  
 stulos Baptizandi formam contendunt mutasse, do-  
 cent id fuisse dispensationem, non legem, aut publi-  
 cum institutum, & fuisse dispensationem solis Apo-  
 stolis concessam, tum breui modo tempore usurpa-  
 tam, quo etiam tempore a reliqua Ecclesia nihilomi-  
 nus baptizatum fuit forma quam Christus præscrip-  
 sit. Nemo enim uel ueterum, uel recentium Theo-  
 logorum unquē hoc in Ecclesiæ potestate posuit, mu-  
 tare formam Baptizandi a Domino præscriptam, uel  
 illam ipsam formam, qua Scholastici existimant  
 Apostolos esse usos: multo minus prohibere illa for-  
 ma uerborum uti, quam Dominus præscripsit, & tra-  
 dere pro ea nouam aliquam: sicut uestri institutum &  
 præceptum Domini de dispensando calice hæreseos  
 damnarunt, & prorsus nouam sacramenti distribuēdi

Nemo dicit uti uer-  
 bis a Domino præ-  
 scriptis hæreticis  
 ut tunc papistæ et  
 potere calicem.



*LIB. I*

ECCLE. NIHIL SIBI PER MISISSE  
a nullis unq̄. S. Patrib. nedum Apostolis tentatam,  
inuexerunt.

Constat igit̄ te pro exemplo Apostolico adduxisse, quod ex nulla potes uel sacra, uel alia probabili historia demonstrare esse factum ab Apostolis, quodq̄ cum pietate Apostolorū plane pugnat: & ex quo etiam si constaret factum esse, nequaq̄ tamen concludi possit, Esse in manu Ecclesiæ ullam circa sacramenta facere mutationem, uel in uerbis, uel in signis, p̄sertim quæ mutatio uim legis accipere, & in publicum Ecclesiæ usum recipi possit.

Et admodum mirandum, unde tu nobis non uetus Theologus, audeas tale dogma p̄ferre: (Quæ externa & sensibilia sunt in Sacramentis ea mutari ab Ecclesia posse) cum non ueteres tm̄, sed & scholastici omnes hoc indubitatum & sic uerū tradant: Sacramenta Ecclesiæ a solo Christo ipso esse instituta: & ab ecclesiâ nihil de ijs rebus, quæ ad substantiam pertinent sacramentorū mutari posse.

*Non esse præceptum Domini, ut omnes baptizandi antea doceantur. Cap. XI.*

Videamus iam & de mutato, ut opinaris, ordine eorum, quæ ad Baptismi administrationem requiruntur. Nam ita adducis illa Domini uerba: *Ita*

## IN SACRAMENTA CHRISTI.

Itē, & facite mihi discipulos omnes gentes, baptizantes eos in nomen patris, & filij, & spiritus sancti, docētes eos seruare omnia, quæ ego mandavi uobis: tanquā Dominus his uerbis eum ordinem in docendo & baptizando seruare præcepisset, ut neminem liceat baptizare, nisi qui de religione & doctrina Christi sit antea institutus: In quo facis imprudens cum Catechisticis: præcipuum enim hi erroris sui, contra Institutum Baptisma argumentum, ex hac ipsa falsa locutionis interpretatione, & iniqua præcepti Domini extensione, adferuat, nimirum contendentes, infantes a nobis contra præceptum Domini Baptizari, propterea quod non queant, antequā eis Baptisma conferatur, quæ Christi sunt, doceri, ac proinde se hos non rebaptizare, sed tanquā nondum Baptizatos primū iuxta mandatum Domini Baptizare, cum religionem Christi iam fuerint edocti. Debes igitur & hinc agnoscere Latome, te in certamen hoc non satis instructum descendisse.

Verba hæc, profecti igitur, facite discipulos omnes gentes, Baptizantes eos, &c. Dominus de totis gentibus præcepit, non de hominibus singulis, *μακρὴν ὄρα* Deinde *μακρὴν ὄρα*, quo uerbo Dominus usus est, cum actiue usurpatur, ut id usurpauit Dominus.

F ij signi=

¶ Inter ultimo epō  
plicatur de docendo  
et baptizando.

¶ utomus facti cum  
Catechisticis.



LIB. I.

ECCLE. NIHIL SIBI PERMISSISSE

significat non docere simpliciter, sicut didaskin, quod uerbum Dominus post præceptum de Baptismate posuit, sed significat facere discipulos. In Actis enim cum Lucas de Paulo & Barnaba memorat, quod Euangelion prædicassent Derbe, & fecerint illic multos discipulos, usus est hoc uerbo, *οὐκ ἴσθ' ἵνα γίνωσκῃτε* inouis, id est, cum fecissent non paucos discipulos.

Iam homines bifariam discipuli Domini fiunt; adulti quidem non absque propria fidei professione, ubi edocti fuerint Euangelion Christi: horum autem in sanctes, Baptismate. Cum uero nulli homines, uel se ipsos propria fidei professione, uel infantes suos per Baptisma, uelint Christo in disciplinam offerre, & consecrare, nisi docti antea, quid Christus sit, & quid cum ipsis, tum liberis ipsorum conferat Baptismate suo. Tum cum totæ gentes erant Christo adducende, initium fieri necesse fuit a doctrina & prædicatione Euangelij. Hinc Dominus, ut Marcus ultima discipulis tradita præcepta refert, dixit: Profecti in uniuersum mundum, prædicate Euangelion omni creaturæ.

Hoc uero qui uera fide receperint, & se ipsos in disciplinam Domino consecrarint, indeque in hanc, & baptismate initiati docentur in Ecclesia, quæ præcepit Domini

Act. 14.

Discipuli Christi fuerunt homines etiam. Baptismate.

## IN SACRAMENTA CHRISTI.

Dominus omnia, discunt & illud: Dominum præcepisse sibi & infantes credentium afferi, atq; consecrari in discipulos, taliumq; esse regnum Dei affirmasse. Discunt se per Christum esse germanum semen, uerofq; filios Abrahæ, adeoq; participes omnium quæ Abrahæ factæ sunt promissionum: quocirca, & ad se pertinere non dubitant principem illam promissionem. Gen. xvii. Ego constituam fœdus meum inter te & me, & inter semen tuum post te, in generationibus suis, fœdus perpetuum, ut sim tibi in Deum, & semini tuo post te. Hinc itaq; qui docti sunt Euangelio Christi, certum habet, & liberos suos esse Dominum sanctos, eumq; uelle & horum se Deum, id est, seruatorem, ac uitæ æternæ largitorem præstare: ac proinde pertinere & ipsos ad regnum Dei, id est, Ecclesiam. Quæ omnia cum non sint nisi renatorum in Christo, & regenerationis lauacrum sit Baptisma, non dubitant & infantes suos Christo per Baptisma regenerandos offerre, ac deinde quæ mandauit Dominus omnia, suo tempore docere: ita ut Apostoli Ecclesijs hanc traditionem acceptam indubie a Domino, & spiritu sancto, reliquerunt. Quod ergo patres in liberis suis ante susceptum Baptisma præstare non possunt, id curant præstare cum illi adoleuerint.

*Eo quibus scripturis docetur, infantes nondum Christum docere baptizari.*



ECCLE. NIHIL SIBI PERMISSISSE  
 rint, ut scilicet in religione Christi instituti, etiam cum  
 propria fidei promissione Domino in disciplinam  
 impositionem manuum consecrentur.

Dupliciter igitur hic offendisti, Latome, Primum,  
 quod præceptum Domini datum de totis gentibus,  
 tu contraxisti ad homines singulos. Gentes quidem  
 a Christo adhuc alienæ, in disciplinam Christi adduci  
 non possunt, nisi præcedente doctrina: singuli autem  
 homines possunt, consecrati scilicet Christo per sa-  
 cramentum regenerationis, cum ad hoc Domino &  
 Ecclesiæ eius a fidelibus fuerint oblati. Deinde impe-  
 gisto in eò, quod <sup>μαθητεύει</sup> hoc loco p̄ docere accipis,  
 Cum significet facere discipulos, quod etiam fit Bap-  
 tismate, sine doctrina præeunte, ad eum scilicet, qui  
 sit baptizandus. Possum adijcere & tertium in quo  
 lapsus es, quod ex ordine uerborum in præcepto, con-  
 cludere cum catabaptistis uoluisti, ordinem eorū, que  
 agenda præcipiunt, quod non semper licet. Sicut nec ex  
 ordine uerborū in narrationib. statuendum est de ordi-  
 ne factorū. Marcus scribit de Iohanne Baptista. erat  
 Iohannes baptizans, & prædicans Baptisma peniten-  
 tiæ in remissionem peccatorū: in quib. uerbis Bap-  
 tisma doctrina præpositum est, quanquā certum sit Ioa-  
 hannem ante docuisse, quā baptizasse.

Vides

## IN SACRAMENTA CHRISTI.

Vides iam Latome, sicut in priore tua obratiocinatione, Apostolis attribuisti factum contra præceptum Domini, quod factum ab illis non est: Ita in hac te attulisse, tanquam præceptum a Domino quod Ecclesia mutarit, quod a Domino præceptum non est. Ex neutro igitur loco concludere potuisti, Ecclesiam concessum esse aliquid in sacramentis Domini immutare, de quo aliter præcipit Dominus.

*Præceptum Domini de baptizando, impleri etiam perfundendo, uel aspergendo.*

## Cap. XII.

Tertio loco urges uerbum βαπτίζω, quod mergere significat, & canonem obijcis ueteris Ecclesie de trina mersione. Posterius, ut ter mergantur, qui baptizandi sunt: quia non est præceptum Domini, non est cur hoc loco adducas: Vbi scilicet inter nos disputatur, An Ecclesie concessum sit, mutare in sacramentis ea, quæ Dominus præcepit. Mergendi autem uerbo Dominus usus est in præcepto de Baptismate, & mergendo Baptisma in populo ueteri perficiebatur: quanquam ob causam etiam primis Ecclesie temporibus mergi solebant, quod baptizabantur, siquidem id per corporis ualitudinem ferre poterant: quo signo nimirum quasi sepeliri eos per baptismum in mortem Christi docebat. Verum

si des



## ECCLE. NIHIL SIBI PER MISISSE

si defuisset mergendi in aqua commoditas, aut perfectæ mersionis ualetudo, perfusionis symbolo perfectum dari Baptisma non dubitarunt, propterea, quod ablutionis representatio nihilominus constaret.

Et uerbum ipsum βαπτισμα constat usurpari ad significandum etiam quamlibet ablutionem, aspersionem, & tinctionem, Vnde creditum est, tria illa hominum millia quibus Apostoli Baptisma per os Petri persuaserunt, die quo spiritum sanctum accepissent, aspersione aquæ esse baptizatos, non mersione.

In quo vis Baptis-  
matis.

enim Baptismatis est in ablutione peccatorum, quam Dominus aquæ symbolo dare instituit, sed in uerbo suo. Vnde Paulus de Ecclesia scripsit, Quam mundauit lauacro aquæ in uerbo. Quo circa cum aqua signi loco adhibeatur in mysterio Baptismatis, perinde est habendum, siue parum, siue multum aquæ adhibeatur, & siue adhibeatur ea aspersione, siue perfusione, siue tinctione, modo aquæ symbolum non destitit. Cum itaque Dominus nos statuit regenerare, ex aqua & spiritu. Cum itaque uerbum βαπτισμα, non tantum mergere & sed etiam quouis modo tingere, etiam aspergere & lauare significet, & uetus quoque Ecclesia, cum homines aqua tantum aspergerentur, aut perfunderentur. Sed in nomine Patris, & filij, & spiritus sancti, iudicauit

## IN SACRAMENTA CHRISTI.

cauit præcepto Domini de Baptizando satisfactum esse, id est ut creditur traditione & exemplo Apostolorum: neque ex isto loco probare potes Latine, Ecclesiam Christi sibi permisisse præcepta Domini in sacramentis mutare: manetque uerum, Ecclesiam Dei, sicut in cæteris rebus & actionibus, ita etiam in dispensatione Sacramentorum a uerbis & præceptis Dñi ac sponsi sui non recedere.

Denique quod uestri sacrificii dispensationem calicis a mensa Domini penitus remouerunt, & hæreticum fecerunt, si quis ea utatur, id nec cum ista potest mutatione symboli Baptismatis ullo modo conferri: quod illud scilicet adhibetur ab alijs in aquam mergendo, ab alijs aquam ab alijs aqua tantum perfundendo, ab alijs aquam aspergendo: idque apud alios semel, apud alios ter.

Omnibus enim his modis aquæ adhuc & ablutionis symbolum solidum exhibetur, id quod ad mysterium Baptismatis abunde satisfacit. Vestri autem sacrificii symbolum uini a mensa Domini præsertim sustulerunt, non tantum modum mutarunt illud admissionis, sed gustatione tantum, uel suctu, aut sorbitione, ut si exhiberent uinum non quidem iustatione, ut proximo ante remotam calicis dispensationem seculo factum a nonnullis legimus, canna

G argentea



## ECCLE. NIHIL SIBI PER MISISSE

argentea ad id comparata, uel si infusum contrito panem, quem morem ueterum aliqui introduxerunt, illud exhiberent. Quamcunq; enim harum rationum dispensandi calicis tui sacrifici retinuissem, modum dispensandi mutassem, non autem symbolum totum sustulisset, una cum sacratissimis uerbis, quibus Dominus symbolum hoc sanctificat, & sanguinem suum præbere instituit. Nunc autem sustulerunt tui sacrifici a Mensa Domini omnem sanguinis hæc dispensationem, & signo, & uerbis: & præterea hæreticum fecerunt illam repetere. Ergo nec ex hoc baptizandi uario ritu probasti Latome Ecclesiam sibi aliquid permisisse mutare de his præceptis Domini, quæ de externis sacramentorum ceremonijs tradidit.

## De tempore Cene Domini.

## Cap. XIII.

Multo minus argumenti, pro hoc tuo nouo, & omnibus sæculis damnato dogmate in se habent illa, quæ adduxisti de Eucharistia, quod Ecclesia scilicet illam administret mane, cum eam Dominus uespri instituerit, & administret eam Iesus, quorum non ante pedes lauet, cum Dominus discipulis suis pedes sanguinis sui. Nam nec in hac mutatione Ecclesia aliquid

De tempore cene  
de eucharistia ne  
nulli præceptum.

## IN SACRAMENTA CHRISTI.

aliquid de p̄ceptis Dñi cōmouit, nullum enim uel de tempore cēnam celebrandi, uel de pedibus admittendorum ad mensam Dñi antea lauandis, p̄ceptum nobis a Domino traditum est. Iussit Dñs, Quoties hanc cēnam celebramus, ut eam ad ipsius cōmemorationem celebrem⁹. Ad hanc cum certum sit, tempus illud quo ieiunij adhuc homines sunt, magis esse idoneum: Ecclesia recte hoc sacrum celebrare instituit ante tempus prandij, cum & prandere solebat: Cum. n. per totum diem seruabat ieiunia, sub uesperam hoc sacramentum administrabat. Augustini tempore plebsq; Ecclesię in die anniuersario sacrę cēnæ, ad insigniorem cōmemorationem institutę cēnæ Dominicę Eucharistiam etiam sumpta cēna celebrauerunt.

Quod uero Dñs post cibum sacramentum hoc instituit, ideo fecisse creditur, ut post cēnam legalem, quę uesperis sumenda erat, suam Euāgelicam nobis commendaret, & ut mysterij huius altitudinem eo quoq; cordib; discipulor; penitus infingeret, quod exhiberet illud ultimum, cū statim ad supplicium esset sese oblaturus. De his aut̄ rationibus quicquid sit, illud inter omnes constat, Dominum de tempore, quo sacramentam nos celebrare debemus, nihil p̄cepisse: nullum igitur Ecclesia in hac re p̄ceptum Domini potuit mutare.

Cum hanc cēnam  
tempus iaceat cetero  
non sequatur.



*De Lotione pedum. Cap. XIII.*

Sic etiam est de lotionē pedum, Quāq; enim & hac beneficium illud suum, ablutionis a peccatis representarit, Vt Petro ipse testatus est, Si non lauero te, non habebis partem mecum, tamē nobis hoc factum, non in hunc usum, Sed ad cōmendandam nobis nostri submissionem, & inseruiendū nobis inuicem p̄mptitudinem, ipse interpretatus est & cōmendauit. Intelligitis, inquit, quid fecerim uobis? Vos uocatis me Magister & Dominus, & benedicitis, sum enim: Si ergo ego laui uestros pedes, Dominus, & Magister, debetis & uos inuicem lauare pedes: exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, & uos faciatis. En simpliciter lauari di pedes inuicem exemplum & p̄ceptum nobis hic Dominus dedit, non etiam idem, ante sacrae cenae celebrationem facere p̄cipit.

Quid Dominus lotionē pedum fecerit et docuerit.

Deniq; ut Ecclesiae nonnullae, etiam facto hoc p̄ceptum Domini docere consueuerint, tamen nō diuinius est, omnibus diuinarum scripturarum uel magis diocriter peritis, Dominum his uerbis: debetis & uos inuicem lauare pedes, non precise lotionem pedum p̄cepisse: multo minus pompam talem, qua uestri se p̄lati quotannis ostentant, aliquibus prius bene ablutos

## IN SACRAMENTA CHRISTI.

lutos, & odorata aqua perfusos pedes lauando atq; osculando: Sed hoc infimo quodammodo ministerio precepisse eam, quam ipse nobis exhibuit, charitatem, animi submissionem, inseruiendiq; fratribus, & quidem ministerijs quamlibet humilibus promptitudinem.

In scripturis enim lauare pedes, pro prestare qualibet infima ministeria, usurpatur. Ad quæ cum sic Abigail offerret Dauidi poscenti eam in uxorem, dicebat seruis illius: Ecce famula tua fit in ancillam, ut lauet pedes seruatorum domini mei. Et Paulus. i. Timoth. v. De probatione uirgula: Si sanctorum pedes lauit.

Sed quicquid de signo hoc in se sit, id perspicuum est, non esse præceptum a Domino, ut ad Eucharistiam nemo, nisi cui loti ante pedes sint, admittatur. Nec igitur ex hoc loco quicq; potes concludere pro eo, quod Ecclesiæ facta potestas sit, res externas mutare in sacramentis, de quibus Dñs præceptum aliquod dedit.

Novi quid. D. Bernardus de sacramento lotionis pedum scripsit. Verum sicut nihil de ea nobis a Domino mandatum est, ut peccata fratribus abluamus hoc symbolo, ita nec tale aliquid Bernardus urget.

Ex his itaq; omnibus id iam planum factum est, te propositum illud tuum, Ecclesiam mutasse præcepta

Lauare pedes in scriptura significat infima prestare ministeria.

In sermone de eucharistia Domini.



LIB I.

Domini in externis sacramentorum ceremonijs, pari  
momenti, cum dispensatione calicis, te ex his locis,  
quæ p hoc tuo nouo dogmate pbado adduxisti, ne-  
quaq; probasse, sicut nec ex alijs ullis probare potes.  
Adeoq; iacet etiam quam intentasti ppositionis no-  
stræ repræhensio, qua ostendere uoluisti, esse quadam  
Dni pcepta, quæ scilicet sunt de externis reb. in sacra-  
mentis, a qb. Ecclesiam Christi liceat discedere, & stat  
nostra ppositio immota, Recedere a manifesto præ-  
cepto Dei, Ecclesiæ, ut Ecclesia Dei est, tribui nullo  
modo posse: sed haberi hoc illi necessario anathema.

*Lapsus Latomi, putantis non esse res obseruaturu necessa-  
rias, quæ non sunt ad salutem per se necessariae.*

Cap. XV.

Lapsus præterea & eo es, in hac ipsa tua tentata  
ppositionis nostræ repræhensione. Cum mea  
recte cõmemorasses, quod credam nefas esse, mutare  
quicq; de uerbo Euangelico, & uel apicem unum de  
instituti Christi detrahere: & recitasses loca scripturæ  
quibus hoc pceptum, quibusq; ego nitor: ac deinde de  
duplici rerum genere, quibus sacramentorum institutio  
continetur, subiecisses: atq; inde de præceptis Domini  
concludere deberes, quæ liceret mutare, de qua sola res  
uersatur inter nos disputatio: tu conclusisti de ratione,  
& instrumentis ad Dei percipienda beneficia non ne-  
cessarijs.

cessarijs. In hoc, inquis, duplici rerum genere, quorū alterum terrenum atq; caducum, alterum diuinum sempiternumq; est, utrum eandem uim rationemq; esse putabimus ad percipiendum diuini beneficii fructū? At nihil de eo erat propositum, nec hoc inter nos disputatur, quæ res ad percipiendum diuini beneficii fructum sint necessariae, quæ minus. In adultis siquidem sola fides, quod ad ipsos attinet, est per se, & semper necessaria. Sacramentorum enim usus ad hoc ceteris modo necessarius est, quatenus est a Domino præceptus, & quatenus fidei necessario cohæret, hoc est, dum adest huius rei opportunitas ea, quam Dominus uerbo suo requirit, quæ si deest, fide nihilominus Dei beneficia percipiuntur a credentibus & percipiunt ea, habetq; tum illud locum: Quid paras detem & uentrem, crede & manducaſti. At cum Dominus eam percipiendi sacramenta Domini cōmōditatem, quam ipse præscribit, largitur: tum qui sacramenta negligit, ut & supra diximus, præcepta Domini negligit, & Dominum ipsum, eoq; nec fidem habet, itaq; re ipsa ijs se donis ipse priuat, quorū cōternit fide sumere sacramenta.

Sed inter nos non de necessarijs, uel nō necessarijs percipiendi munera Dei instrumentis, sed de præceptis Domini, & ijs nominatim quæ dedit de rebus exter-

*Latemus cum de potestate mutandi præcepta Dei propositum sit conclusio de instrumentis Dei beneficii percipiendi non necessaria.*



LIB. I.

PRAECEPTA D. DE CALICE

nis in sacramentis propositum erat: de praecipis igitur concludere debebas, non delabi ad ea quae ad percipiendum Dei beneficia, quae exhibet sacramentis sunt necessaria uel secus. Nec enim ideo licet praecipit Dominus de his externis in Sacramentis uel ullis alijs rebus transgredi, dum seruandi ea Dominus potestatem facit, quia res illae ad salutem percipiendam per se non sunt necessariae, & quia Deus interdum sine his sua largiri dona dignatur. Nulla sane nostra bona opera sunt ad percipiendam uitam aeternam per se necessaria, Qui enim in Christo moriuntur infantes sine ullis suis bonis operibus uitam aeternam percipiunt: Et latro confessor per pauca bona opera habuit: nihilominus tamen, si quae Dominus praecipit, bona opera negligas, in uitam ingredi non potes, non quia haec opera per se ad salutem nostram sunt necessaria, Sed quia necessaria sit obedientia preceptorum Dei, necessaria sit fides, cui adesse contemptum preceptorum Dei non potest. Haec dicta sunt pro confirmatione nostrae propositionis.

*Assumptionis nostrae defensio, Praeceptum Domini de calice dispensando, pertinere ad omnes Christianos*

*anos, & omni tempore.*

*Cap. XVI.*

*Assumptio*

A Assumptionem nostram, quæ est: Clarum esse præceptum Domini, debere in mensa Domini, & legitima Eucharistiæ celebratione, dispensari præsentibus & præbatis etiam sanguinem Domini sacramento calicis: huius uniuersitatem uoluisti Latome infringere, contrahendo hoc præceptum, primum ad certum genus hominum, sacerdotes scilicet, deinde ad certas Ecclesias, & postremo ad definitum tempus. Nam obijcis primum eorum cõmentum, qui uolunt præceptum hoc de calice tantum ad sacerdotes, quales Apostoli tum fuerint, pertinere, non etiam ad laicos, quorum nemo cænæ Domini interfuerit. Cumque ueteris tibi Ecclesiæ autoritas obijcitur, quæ cum scriptura consentiens testatur: Præceptum Domini de dispensando calice sic intelligendum esse, ut ille etiam Laicis dispensetur: dicis, quibusdam Ecclesijs fuisse hanc consuetudinem, & certo tantum tempore: Sed pridem Ecclesijs maxima ex parte aliud esse uisum, ac etiam decretum.

Commentum uero illud de sacerdotio Apostolorum miror cur iterum referre uolueris, cum ne uerbum quidem respõdeas ad id, quo illud in priore mea responsione refutauit. Satis enim aperte monui uobis hoc cõmentum nihil omnino patrocinari, cum uestri

H sacrifici

*Nec sacerdotibus  
distribuere calicem  
Antichristi.*



## PRAECEPTA D. DE CALICE

sacrifici ne sacerdotibus quidem sanguinem Domini  
 e mensa eius sacramento calicis dispensent. Deinde,  
 si ualeat hæc consecutio: Laicis non debere calicem  
 Domini præberi, quia Dominus eum non præbuit  
 nisi Apostolis, iam tum sacerdotibus: consequi, nec  
 panem Domini Laicis esse distribuendum, cum nec  
 ipse sit, nisi eisdem Apostolis sacerdotibus a Domino  
 administratus.

*Latomi lapsus colligentis incertitudinem scripturae ex  
 eo, quod multi illi non credunt, & de ea uarie iudi-*

*cant. Cap. XVII.*

**S**ed scribis te his me locis magnopere urgere  
 nolle (quasi uero possis) eo autem pertinere citat  
 tionem tuam, ut ostendas mihi non esse certa ea, in  
 quibus ego collocem firmamētum assertionis meae.  
 Agnoscis tua uerba, quæ te rogo expendas coram  
 Deo, quid habeant ponderis. Scilicet quia impurus  
 Eccius, quia Antichristus Romanus, & cum hoc  
 omnes ipsi mancipati prebendarum sacrilegij sacre  
 ficuli & fascino ab his etiam mille mundi, præceptor  
 Dei, planis & apertis uerbis tradito, quod ipse fatetur  
 non acquiescunt, & contrarium affirmant, ac præcep  
 tum, ideo uerbum ipsum Dei incertum & dubium  
 esse dices: Vniuersa Iudæorum Ecclesia contradice  
 bat

## PERTINERE AD OMNES.

bat Domino Iesu & Apostolis eius, ut & Prophetis  
sape ante contradixerat, ideo ne non certæ erant, &  
indubitata ueritatis ea, quæ Christus, Apostoli & pro-  
pheta prædicauerunt:

Negas scripturam, ad quam te uocem, ita plenam  
confessamq; esse, ut tibi ex ea nodum hūc in quo hæ-  
res, sine cunctatione dissolucere possim. Idem & Iu-  
deus & Turca responderet mihi confirmanti ex  
scripturis Dominum Iesum unum esse seruatorem  
nostrum, uerum Deum; uerumq; hominem. Blas-  
phemabis ne igit & tu non esse credendum mihi in-  
certa ambiguis, obscura controuersis pbanti, id quod  
tu mihi hoc loco obijcis: quoniam & Iudeus & Turca  
scripturas quib. pbo Dñm Christum & Deum esse,  
ambiguas & obscuras esse blasphemat: Neq; sol pōt  
cæcos & lusciosos oculos illuminare, ergo ne dicemus  
obscurum esse solem, nec ullam ex se fundere lucem:  
Tu fateris ex litera, quam tibi obijcio, sensum certū  
ostendi: & tu uero Dño & seruatori tuo, clare, diserteq;  
tibi præcipienti de sacramentis suis, non uis credere:  
addes ne huic tuo peccato etiam illud, ut dicas, uerba  
eius certa, & sanctis omnib. indubitata, esse ambigua,  
& controuersa, propterea q̄ illis contradicunt Eccñ,  
& Pighij, Cochei, & ceteri Antichristi Satellites, atq;

Unde quod Latio-  
mo nec asperis quæ-  
dam et clavis scriptu-  
ris perscrutari alio  
quid possit.



## CALICIS DISPENSATIO

Antichristus ipse, huiusq; creaturæ omnes, quosq; tibi  
 q̄ Dei gratior est benignitas? Ipse te Latome, quo  
 hæres nodo, implicas, nec uis eo explicari, eumq; dissi-  
 solui, imo solum conaris adstringere. Sic certe an-  
 mato tibi nihil prodest, quod ad scripturam Dei te  
 uocamus, quam tu quantumuis apertam & planam,  
 tamen Antichristorum ausis & decretis uis postha-  
 bere.

Subijcis, Nam ut tibi plus authoritatis q̄ omnib;  
 aduersarijs tuis tribuam, neq; æquum est, neq; tu ipse,  
 ut opinor tam impudens es, ut a me postulare uelis.  
 Ego uero non postulo, ut uel mihi credas, uel aduersa-  
 rarijs meis, postulo ut credas filio Dei, credas uniuersæ  
 Ecclesiæ Dei: quæ præceptum hoc Domini, quod  
 ipse agnoscis, nihil prorsus habere in se dubij, ni-  
 hil obscuri, credidit supra mille annos. Sancti pa-  
 tres ubi manifestam habebant scripturam, nullis crea-  
 turis, ne angelis quidem e cœlo, nedum hominibus  
 auscultabant, adferentibus contraria, quantumlibet  
 illi pollerēt eruditione & sanctimonia, & quantacumq;  
 freti essent assentientium multitudine. Sed de hac  
 Blasphemia in sacratissimam scripturam Dei, q̄ sit  
 tam obscura, incerta, ambigua, ut nihil ex ea certi,  
 quamlibet plane & diserte nobis loquatur, discere  
 possimus.

possimus, nisi id certum faciant ij, qui se Episcopos & Ecclesiarum uocant moderatores: in loco de Ecclesia ducemus plura.

*Quam nuper sublata sit calicis dispensatio.*

*Cap. XVIII.*

Porro, cum hoc loco urgeris, non solum clarissimo, & prorsus indubitato Dei præcepto, sed etiam Ecclesiæ uniuersæ, quæ hoc Domini præceptum ultra mille annos, optimis scilicet suis temporibus, religiose obseruauit, autoritate: eo confugis, ut dicas, Ecclesiam autem post hos mille annos definiuisse: ut sacerdotes cænam Domini celebrantes, ipsi quidem calicem etiam cum pane sumant: Sed non referre de alijs, sub una uel altera specie hoc sacramentum sumant. Ad hæc, primum te rogo, Latome, ut hanc nobis Ecclesiæ definitionem proferas, & dicas, quo in Concilio illa sit facta. Si concilium Constantiense & Basiliense allegas, rogo cogites horum ne Concilioz possit esse autoritas tanta, ut præferri ea debeat auctoritati uniuersæ Ecclesiæ, quæ late orbis patet, & quæ fuit iam inde ab Apostolis: atq; hoc Dñi præceptum de calice eius dispensando obseruauit tam religiose, ultra annos mille, meliorib. scilicet suis temporibus: Et si consuetudinem obijcias, quæ ante tempora ho-

Decret. Eccl. C. B.  
Sanc. et Basili. non  
potest aduersari Eccl.  
sue Christi.



LIB. I.

QVAM NVPER SVBLATA SIT

rum conciliorum obtinuerit: certum tamen est, hanc per orientis & æthiopū Ecclesias nec hodie receptam esse: Sed nec per occidentis Ecclesias omnes obtinuisse adhuc ante annos hinc trecentos. Nam Thomæ Aquinatis tempore, qui scripsit circa annum Domini cxxxviii. adhuc in quibusdam tantum Ecclesijs illa sacramenti truncatio cæperat, ut hic ipse testat summa suæ parte iij. q. lxxx. articulo xij.

*Quædam annos trecentos non nondum sublata esse ubiq; nec in occidentalibus Ecclesijs dispensatio cælicia.*

*De potestate Ecclesiæ in scripturam Dei.*  
 Cap. XIX.

Contendes autem Ecclesiam habere omnibus temporib. æquam potestatem, & potestatem literæ in præceptis Dei, etiam certum sensum ostendens, moderandæ & exponendæ. Quid; etiam moderandæ: ac ita moderandæ, ut prohibeat atq; hæreticos damnet id, quod litera Domini clare præcipit: Puto te non maiorem Concilijs, q̄; Papæ tribuere istius potestatem. At Vrbanus Papa scripsit: ubi aperte Dominus uel eius Apostoli, & eos sequentes sancti patres, sententialiter aliquid definierunt, ibi non nouam legem Roma. Pont. dare, sed potius quod prædicatum est, usq; ad animam & sanguinem confirmare debere. Si enim quod docuerunt Apostoli & Prophetæ, destruere, quod absit, niteret, non sententiam

*cap. 4. i. Quædam quædam.*

## CALICIS DISPENSATIO.

tiam dare, sed magis errare conuinceretur. Hæc ille. Et quid esset aliud uel Concilio, uel Papæ Rom. eam tribuere potestatem, ut, quod Dñs diserte & clare instituit, & seruare præcepit, Concilium, uel Pontifex noua & contraria lege possit destruere, prohibere, & hæreticum esse decernere: q̄ Concilium & Pontificem antepone re Christo, hoc est, facere eos Antichristos?

Prijs hominib. certum est quod Tertullianus scripsit: Nobis curiositate opus non est post Christum Iesum, nec inquisitione post Euangelium. Cum credimus, nihil desideramus ultra credere: hoc enim prius credimus, non esse quod ultra credere debemus.

Item, Nobis uero nihil ex nostro arbitrio indulgere licet, sed nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxerit. Apostolos Domini habemus authores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, sed acceptam a Christo disciplinam fideliter nationibus adsignauerunt. Itaq; etiam si Angelus de cælo aliter euangelizaret, anathema diceretur a nobis. Et aduersus Praxeam. Quo peræque aduersus uniuersas hæreses iam hinc præiudicatum sit: Id esse uerum, quodcunq; primum: id esse adulterum, quodcunq; posterius.

Iam uerba p̄sitemus Apostoli scripta Corinthijs.

Quod

*Tertullianus de præscriptionibus*

*Qui Euangelio credit, is credit nihil scire ultra illud credendum esse.*



## NUPER SVBLATA

Quod enim accepi a Domino, inquit, tradidi vobis. Et hic repetitio instituta Domini, ut panis, ita & calicis dispensationem tradidit. Hoc nec ipse clarum, certumque esse negas. Si ergo nobis nihil ex nostro arbitrio indulgere, nec eligere debemus, quod aliquis de suo arbitrio induxerit, imo adulterinum & anathematizationem inuectum, & aliter quam ipsi tradiderunt, Evangelizatum fuerit, etiam si id auderet Angelus de celo, nedum imperiti & superstitionis sacrificuli, aut pontifices Antichristi, aut Concilia ex Antichristis constituta: Vides Ecclesiam hanc sacramenti inferre truncationem nullo prorsus tempore licere potuisse: eoque nullam etiam Ecclesiam, ut Christi Ecclesiam, eam intulisse, etiam si in multis adeo Ecclesijs illa obtinuit, in quibus fuerunt, & sunt hodie multi filij & electi Dei, qui per ignorantiam hac etiam nunc truncatione utuntur.

*Præceptum Domini de dispensando calice, & omnibus Ecclesijs, & omni tempore obseruandum.*

## Cap. XX.

**S**cribis tu quidem, quæ in Epistola ad Corinthios scripta sunt, pertinere tantum ad Ecclesiam illius & temporum consuetudinem, non etiam ad nostras

## CALICIS DISPENSATIO.

nostras Ecclesias, & nostra tempora. Sed huius com-  
 muni tui nullam nec rationem, nec auctoritatem ad-  
 fers, nec adferre quidem potes. Nec enim ullum po-  
 test tempus esse, quo creaturæ liceat præcepta muta-  
 re creatoris: præceptum autem Domini de usu inte-  
 gri sacramenti diserte sancitum est, ut sic obseruetur  
 ab omnibus Ecclesijs, dum Dominus ipse redeat ad  
 iudicium. Clarum enim uerbum est, Quotiescunq;  
 ederitis panem hunc, & biberitis poculum hoc, mor-  
 tem Domini adnunciatis, donec ueniat. Proinde  
 nullam potes citare Ecclesiam, quæ illam uestram sa-  
 cramenti huius mutilationem admiserit, usq; ad cor-  
 ruptissima illa Antichristorum tempora, qui Eccle-  
 sias ubiq; gentium, quod in ipsis fuit, ex sede sua Ro-  
 mana, uastarunt.

*Quæ sit illa Latome Ecclesia, cui debemus sublatam  
 calicis dispensationem. Cap. XXI.*

Rogo uero te Latome dispicias, quænam illa sit  
 Ecclesia, cui hanc Sacramenti diuinis. dimi-  
 nutionem ascribas: uide ex quibus hanc hominibus  
 confles. Laicos certe non maiorem tantum, sed eti-  
 am multis iam sæculis meliorem Ecclesiæ partem  
 ab omni rerum Ecclesiasticarum iudicio submouetis.  
 Sed nec clericis, imo nec Episcopis quibuslibet illud



permittitis, solis R. o. Pontificib. iudicium hoc adde-  
 citis. Quamq; enim tu, & non multi alij tuæ partis de-  
 fensores, etiam Concilijs potestatem iudicandi de res-  
 ligione faciatis, ipsa tamen concilia pontificib. R. om.  
 obstringitis, & indicenda, & gubernanda. Iam toto  
 eo tempore, quo recepta est ista sacramenti truncatio,  
 & tenuerunt R. om. sedem, & Concilia gubernarunt,  
 eiusmodi Pontifices, qui fere omnes manifesti Antis-  
 christi fuerunt, & in spiritum sanctum blasphemi. Anti-  
 christi enim sunt, ut post Iohannem Apostolum oēs  
 patres hoc nomine usi sunt, qui contra ea quæ Chris-  
 stus apte præcipit sub obtentu nominis Christi, & ipsi  
 scienter faciunt, & facere alios permittunt, docent &  
 præcipiunt. Et blasphemantes spiritum sanctum, qui  
 contra canones Ecclesiæ libenter uel ipsi agunt & lau-  
 quant, uel facere uolentib. sponte consentiunt. Quam  
 lem præsumptionem Damasus Papa ait esse manifeste  
 unum genus blasphemantium spiritum sanctum.

*Quæ Antichristi*

*Genus blasphemans  
 spiritum sanctum*

Negare autem non potes Pon. R. om. & aliquan-  
 diu ante illud tempus quo obrepit hæc sacramenti  
 dimidiatio, & postea indies deploratius sub nomine  
 Christi innumera facinora contra apta præcepta Chris-  
 ti, item contra Canones, & eos Canones, qui sunt ius  
 diuini, cum admisisse ipsos. tum alijs ut admittes-  
 sent.

SVBLATA CALL DISPENSATIO.

rent, nō solum indulgisse, sed plerosq; eorū etiam p̄ces  
pisse, atq; extremis p̄enis exegisse.

Quod ut de peruersitate doctrinæ & ceremoniarū  
uelis inīciari, de quo tñ ipso nimium manifesti sunt;  
non potes tamen id negare de admissa ab ipsis Pontifi-  
cibus, & alijs indulta sacerdotibus omnimoda deser-  
uone ministerij docendi Ecclesias, & animas Christi-  
sanguine redemptas curandi, de horribili simonia, de  
secularium rerum cura, ac turpi, noxiaq; occupatio-  
ne, de concessis & com. pbatis cumulatorū sacerdoti-  
orū sacrilegijs, de indicta deniq; atq; extorta Episco-  
pis tantæ, tamq; multifariæ impietatis impunitate. :  
Atq; his tam importunis sceleribus & flagitijs sicut  
p̄cepta Christi, ita & ueros Ecclesiæ Canones Pont.  
Rom. tot iam sæculis perfringunt, & conculcant, eo-  
q; Ecclesias tam horribilem in modum uastarunt &  
uastant, contemptis interim, ac etiam uinculis & cæ-  
de repressis pijs gemitib. & clamoribus, quibus illos  
multi religiosi uiri omnibus sæculis, a tam immani  
p̄ceptorū Dei & Canonum p̄fligatione & Ecclesiæ  
uastatione reuocare conati sunt.

Cum igitur Pontifices uestri, cum qui receperunt,  
tum q̄ defenderūt, & defendunt hodie uestram sacra-  
mentū trūcationem, se a tam horrēda omnis disciplinæ



## LIB. I.

## CVI ECCLESIAE TRIBVENDA

Ecclesiastica cōculcatione, manifestoq; cunctaq; Dei  
 & .S. Patrum legum contemptu, & abolitione reuocari per nullam quamlibet doctrina & pietate p̄stantium uirorum admonitionem, per nullam omnium piorum accusationem & uociferationem ad eos tam multis iam sæculis factam, passi non sint, nec hodie patiantur: sed hæc mala horribilem in modum perpetuo augent, confirmant, defendunt, ac ne corrigi possint, siue per Episcopos, siue per pios Reges, siue deniq; per ipsa Concilia, omnem omnium horum potestatem oppressam, & suæ libidini addictam tenent, atq; ne Episcopi, ne reges, ne Concilia potestatem suam ad reformationem Ecclesiarum aliquando uirulentis in lucem uerbis & scriptis p̄ferunt) modis omnibus cauent: deniq; eos, qui & ipsos Pōtiffices, & principes atq; populos Christiani nominis de officio suo Ecclesijs hac in re prestando admonent, curant ubique cunq; deprehendantur, ferro & igni tolli: Constat sacre, nec inficiari id quisquam potest, eam Ecclesiam (cui & receptam & defensam debemus hæc sacramenti dimidiationem, institutiq; Christi abolitionem, hæreseos cōdemnationem eorum quicunq; illud repetunt) nihil esse aliud, q̄ successionem & colluuiem, eorum Pontificum

## SVBLATA CALI. DISPENSATIO.

Pontificum & Prælatorum, qui iam multis centenariis in manifesta aduersus Christum rebellione, pœceptorumq; Christi, & Canonum Ecclesiæ conculcatione, in ipsa scilicet manifesti Antichristianismi professione, obstinate perseverant, eoq; indubitati sunt Antichristi, & spiritus sancti blasphematores. Hæc illa tua Latome, Ecclesia est, cui sublatis calicis Donatum & iussum de hac uestra sacramenti mutilatione, uis haberi factum, iussumq; Ecclesiæ Christi: quæ non constat nisi ex membris & ueris discipulis Christi, qui uerbo Dei ex quo renati in hærent, uiuunt; statum summo: Vide quo te a uero & omnium sanctorum sensu ipse abducas, dum ut præsentem statum tuorum Prælatorum, & sacrificulorum defendas, defendendas suscepisti manifestas illas abominationes, religionisq; nostræ persiones, quibus status ille comparatus est, & sustinet.

Verum hic iterum & te Latome, & quemlibet horum lectorem, admoneo, ne ea, quæ hic rursus, & ex uerbo Dei, & ex canonibus dixi in pontifices & prælatos Antichristos, detorqueatis in ullum prælatum, qui non cum manifesto, tum omnino obstinate in ijs uitijs & flagitijs perseverauerit, aut perseverat, quæ &



Scriptura Dei & Canones faciunt Antichristorum propria. Illos enim quibus commemorata Antichristorum facinora displicuerunt, aut hodie displicent, ut eunq; Babylonicis illis uinculis fuerint obstructi, aut sint hodie, a misericordia Dei absit ut alienos fuisse, aut esse iudicem.

Quid potestatis Episcopalis retineant Episcopi peruersi. Cap. XXII.

Sed contendis hos uestros Episcopos, & Pontifices, etiam si cōstet esse Antichristos, & spiritus sancti blasphematores, dum tñ Episcopi & pontifices sunt, nihilominus istam habere potestatem moderandorū præceptorū Dei, ut ea etiam cōtrarijs præceptis euertant, ordinis enim & muneris illam esse, non personarū, facultatem. Est quidem Latome explicandi præcepta Dei (non moderandi tamen) potestas ordinis & ministerij, at uide cuius ordinis, cuius ministerij, & a quo constituti? Qui p̄ simoniam, & alias diaboli fraudes, nomen, dignitatem, opes, & potestatem Ecclesiarū inuadunt, & hoc freti nomine, hac dignitate, his opib. ista potestate, uerbum Dei opprimunt, sacramenta puertunt, suæ libidini & tyrannidi popululum Dei addicunt, qua scilicet ratione Pōtifices Romani & ceteri plati Romanam disciplinam sequentes, cō-

Ordinem & ministerium Christi iactant, qui in ordine sunt, & ministerium Antichristi gerunt.

## SVBLATA CALL. DISPENSATIO.

siueverunt loca inuadere munerum Ecclesiasticorum, & in illis contra Christum grasari, hi in ordine sunt, & ministerium gerunt quidem, sed Antichristi, non Christi: Euertenda igitur legis diuinæ non interpretandi habent potestatem, uti & maiores eorum falsi sacerdotes, pseudoprophetae, & pseudoapostoli. Hæc ad locum quidem pertinent, in quo differendum est de Ecclesia, & Ecclesiæ ordine atque potestate: tamen cum sine his, tuæ falsæ reprehensiones, & quibus tuam tui paralogismi opinionem tueri niteris, excuti & dissolui non plane possint, & hoc loco attingi illa necesse est. Sic enim tu colligis.

*Paralogismi Latomi: quibus Ecclesiæ attribuire conatur sublatam dispensationem calicis: & eorum confutatio. Cap. XXIII.*

**C**alicem e mensa Dñi non dispensari obtinuit per plurimas Ecclesias aliquandiu, & est confirmatum per duo concilia, ergo obtinuit autoritate & iussu Ecclesiæ, potestateque ordinis & sacri ministerij, igitur & iudicio atque spiritus sancti sanctione: atque hæreticos sese obligant, quicumque id obseruare detrectant.

Horum omnium paralogismorum unicum fundamentum tibi istud est. Proceres Ecclesiæ tuæ, Romanos Pontifices, & Episcopos huic addictos, quantumuis

*Paralogismus Latomi*

*Primum Latomi oblatio. in. 1170*

sunt



LIB. I.

DE ECCLE. TRIBVENDA

sint flagitiosi & impij, tamen dum hunc tenet locum, & hæc nomina, quicquid in rebus Ecclesiasticis, uel usurpant, uel statuunt, etiam si id omnino contra expressa præcepta Dei in scripturis nobis prædicta esse constet: usurpare tamen illud ac statuere, nomine Ecclesiæ, & ideo ex spiritu sancto, eoq; nec errare eos neque labi in his posse: ut firma scilicet perstet Ecclesiæ promissio, de spiritu sancto, eam in omnem ueritatem introducturo, & perstet certa religionis constitutio.

*A pagina centesima xxxvi usq; in pag. clv. & rursus in fol. argumenti. ij. & iij. & pagina cxxix usq; in pag. cxcviij.*

Hunc Paralogismum accidentis in mea prioris responsione euentissime confutauit, autoritate scripturarum, sanctorum patrum, & sensus communis omnium piorum: ac demonstraui contingere, ut Ecclesiæ etiam ueræ, usurpent diu, & concilia magno consensu statuunt, quæ tamen proba non sunt. Esse quidem ex spiritu sancto, & indubie uera atq; salutaria quæcumq; sunt ordinis & ministerij Ecclesiastici a Domino instituti: Sed plerosq; hunc ordinem, & hoc ministerium, præ se ferre impie, qui in ordine sunt & ministerio Antichristi, Christum sui ministerij ordinem, & uim nequaquam alligasse sacrilegis, uel actionibus uel initiationibus eorum, qui eligere illos, & initiare solent, qui uocantur Pontifices Romani, & aliarum Ecclesiarum Episcopi. Ad hos pertinere illud: maledicente

## SVBLATA CALI. DISPENSATIO.

benedictionibus uestris. Esse Apostolos, esse Prophe-  
 tas, esse Episcopos ueros, esse etiam Apostolos, pro-  
 phetas & Episcopos falsos, Dominum ipsum præ-  
 dixisse uenturos, qui etiam ipsius nomen sibi sume-  
 rent, & Christos esse se iactarent: & iussisse hos a fru-  
 ctibus, & maxime doctrinæ, ac iudiciorum de religi-  
 one, cognoscere, & uitare, non audire.

Vides igitur, si tua debeat constare argumentatio,  
 oportere ut ante omnia istud tuum *ἀξίωμα* compro-  
 bes.

Quicquid sacrifici tui semel usurpare ceperint,  
 qua tenerritate, qua superstitione, si in eo aliquot sæ-  
 culis, & per multas Ecclesias perstiterint, quacunq; id  
 eueniat hominum, qui Christi nomen & ministeri-  
 um iactant, supinitate, qua impietate, id etiam si ma-  
 nifeste pugnet cum litera uerbi Dei, tamen oportere  
 esse profectum a spiritu sancto, & esse salutare Eccle-  
 sijs, maxime si id etiam confirmatum fuerit per Pon-  
 tifices Romanos, & Concilia, quamlibet etiam hi  
 importunis simonijs, idololatrijs, cæterisq; sceleribus  
 & flagitijs omnib. contaminati, & oppressi sint.

Etenim agnoscis & cogeris agnoscere institutum  
 & præceptum Domini de dispensando calice, esse præ-  
 ditum nobis disertis clarisq; uerbis Domini, quæ ni-  
 hil omnino in se habeant ambiguitatis, nihil obscuri-  
 tatis,

*Sacramentum Latini  
 firmamentum.*

*Quicquid ij qui ha-  
 bentur Episcopi  
 & Pontifices sta-  
 tuunt, etiam contra  
 a pte Christi uer-  
 ba, id esse ex spiri-  
 tu sancto.*



## CVI ECCLESIAE TRIBVENDA

tatis. Nec inficiari potes quemadmodum D. Paulus  
 hoc institutum & praeceptum a Dño Corinthijs tradi-  
 didit, ut omnib; p̄sentibus mensæ Domini, & laicis  
 qui essent panis unus, & corpus unum Dñi, & laicis  
 atq; Clericis dispensaretur, ita illud & ceteris Ecclesijs  
 per uniuersum orbem traditum esse ab hoc, & religijs  
 Apostolis: Sicq; illud etiam religiose Ecclesias obser-  
 uasse omnes ultra annos mille ducentos, usq; ad illud  
 scilicet calamitosissimum tempus, quo Rom. sedem  
 & plerasq; occidentis oēs ecclesias occupauit, tenuitq;  
 & tenet uiolentissime Antichristus: & obseruare illud  
 adhuc cunctas orientis, & aethiopum Ecclesias. Tam-  
 certissima traditione nobis a Dño & Apostolis com-  
 mendatum, In Ecclesijs tyrannide Rom. Antichristi  
 oppressis semel est reiectum, eaq; reiectio aliquot iam  
 sæculis obtinuit, & est binis confirmata Conciliabulis  
 Antichristianis: tu audes nos iubere, q̄libet aptum p̄-  
 ceptum Dñi, uobiscum reijcere, & p̄ ipso unico nostro  
 magistro & seruatore, audire & sequi tam indubitato  
 Antichristos, ut ipsi se ex omni sua & uita & munere  
 Ecclesiastici functione manifestos faciunt.

Confidera igitur tandem Latome, & agnosce quo-  
 te, & eos qui te audiunt abducas, quibusq; hominum  
 portens

## SVBLATA CALI. DISPENSATIO.

portentis, quibusq; pestibus Ecclesiam Dei, quod ad te attinet, addicas, quo deniq; scripturam Dei, sapien-  
tiam uiuificam, uerbum uitæ æternæ proñcias. Chri-  
stus Dominus noster oues suas, quas sanguine suo si-  
bi redemit, iubet uocem suam sequi, alienorum fuge-  
re, tu non simpliciter alienorū, sed acerrimorū hosti-  
um Christi uocem sequi illas iubet, uoce Christi repu-  
diata, quantumuis clara, Si tantum alieni illi, & Chri-  
sti hostes uocent Episcopi, & sedes occupent Episco-  
pales, etiam si id faciant manifesta ui Antichristiana,  
& inuaserint eas confessa ambitu simoniæ.

*Latome iubet nos  
cum Christi con-  
temnere. Aut  
Christi sequi  
Ioban.*

Dominus iubet scrutari scripturas: laudat eos qui  
etiam Apostolorum suorum, & inter hos p̄stantissi-  
morum Barnabæ & Pauli prædicationem ad has ex-  
cussent, & diiudicarunt, & beatum prædicat, qui  
in lege sua meditatur die ac nocte. Promittit enim  
nullo lapsu aut errore iri pudefactum, qui respexerit  
ad omnia p̄cepta sua: Te autem si audiemus Latome  
scripturam & legem Dei quanq; p̄spicua & certam,  
tū non sequemur, & Deum nostrum in illa nobis p̄-  
cipientem non audiemus, si ij qui uocant Episcopi,  
& Concilia, diuersum iubeant, etiam si isti sint mani-  
festissimi Antichristianismi cōiucti in uita, in doctri-  
na, & in Ecclesiæ non dico administratione, sed ma-  
nifesta uexatione & euerfione.

*Ioban. vi*

*Act. xviij*

*Psalmo i.*

*Psalmo. cxix.*



Quin igitur abijcimus Latome scripturam, & probamus illum Antichristi furorem per multas, pro dolor, nationes hodie grassantem, ut capitale faciamus habere & legere sacra Biblia: Alcoranum autem aliquem, uel Louaniensem, uel Parisiensem, ne dicam his importuniorem amplectamur, & quæcumq; Romani, & ceteri Antichristi nobis tradiderint. Imo cum nihil illi certi possunt statuere, p̄ certis Deorum oraculis, pro doctrina uitæ æternæ, amplectamur, quod quid Pontifex quolibet tempore, pro libidine suæ, cuncta & Dei opera & præcepta evertendi, pro fulcra enda & ornanda tyrannide sua excogitare, & ex omnis impietatis pelago, scrinio pectoris sui, potuerit euomere. Ista profecto omnia ex tua Latome thesauri necessario consequuntur, quod utinam in tempore agnoscas.

Hæc uolui pro confirmatione uniuersitatis in propositione nostra minore, contra tuas falsas reprehensiones afferre. Quæ qui rite considerarit atq; expendarit, is haudquaquam dubitabit dispensationem calicis Domini e mensa Christi a Domino Iesu ipso esse institutam, & clare præceptam, & præceptam non certis aliquibus, sed omnibus Ecclesijs, nec pro aliquo tantum tempore Ecclesiæ, sed pro omnibus Ecclesijs temporibus.

## SVBLATA CALI. DISPENSATIO.

ribus, usq; ad finem sæculi, donec Dominus redierit gloriosus ad iudicandum uiuos & mortuos.

Cum itaq; etiam externa de sacramentis Domini *Conclusio* præcepta, quando Dominus eam, quam ipse requirit opportunitatem faciendi ea, præstat, Ecclesiæ uniuersæ Dei, cunctisq; Christi fidelibus ita sint obseruata necessaria, ut a Domino adulterentur, & eum, ne sit Deus ipsorum, reiiciant, eoq; e populo Dei excindi debeant, quicunq; ea prætereunt, cum (ut dixi) obseruare illa iuxta Domini uerbum possunt, (quæ omnia in confirmatione Propositionis maioris nostræ demonstratiōis euidenter comprobauimus) planum omnino factum, ac liquido demonstratum est, remotionem & interdictum dispensandi calicis e mensa Domini, Ecclesiæ, ut ecclesiæ Dei ullo pacto ascribi non posse, Sed haberi eam omni ueræ ecclesiæ Christi necessario anathemati. Adeoq; quod recepta in Ecclesijs est hæc sacramenti dimidiatio, id omnino ascribi oportere temeritati & superstitioni imperitorum, ac irreligiosorum sacerdotum, qui euanescentes dialogismis cæcæ mentis suæ, cum uellent uel sacramento maiorem parare reuerentiam, cauendo ne quid inter cõmunicandum stillaret de uino in terram, uel dignitatem potius augere sacerdotalem, laicis dimidium tantum



sacramentum relinquentes, sacramēto suum ueg. honorem, fidelis ab omni populo sumptionis, abstulerunt, & dignitatem uere sacerdotalem in obsequio Christi positam, prorsus pdiderunt, una cum posteris suis, antichristi sacerdotes, cum Christi esse deberent.

Quod autem hæc sacramenti truncatio contra ueritatem Christi pridem ministerio sanctissimi uiri Io. Hufs, & hoc sæculo per innumeros prope seruos Dei fideles, tam clare, tãtaq; ui Spiritus sancti reuocata, adhuc defenditur, & hæreseos p̄na sancitur, hoc non posse iure tribui, nisi confessæ rebellionis, ac indubitato furori Antichristianorū Pontificum & Episcoporū.

Quo tamen furore teneri non paucos facile credo, quos debeo sperare, consecuturos cum Apostolo misericordiam, eo q̄ hoc furore tenentur & agitantur ignorantes. Hos oro ut Dominus uera uerbi sui intelligentia donet q̄ primum, nec sinat implicari diutius his Satanæ laqueis.

Hæc satis sint de prima inter nos cōtrouersia. Viri remotio dispensandi calicis e mensa Dñi, tribui possit Ecclesiæ Christi, an tribuenda sit potius primū tēmeritati & superstitioni imperitorū, & irreligiosorū sacerdotum: deinde uero cōfessæ cōtra Christum rebellionis manifestorū Antichristorū. Sancti iudicent an

**LIB I.**

**SVBLATA CALI. DISPENSATIO.**

sententia nostra sit orthodoxa, eiusq; demonstratio  
fatis his confirmata & communita, & tua falsa repre-  
hensio dissoluta ac depulsa.

**SECUNDA CONTROVERSTIA principalis.**  
*De causis ob quas Latomus dispensationem calicis  
a mensa Domini remotam existimat.*

**Cap. XXIII.**

Demonstrauimus truncationem istam sacramen-  
ti, Ecclesie Christi tribui non posse. Quod igitur  
facere illa non potuit, et nec causas ut faceret, habere  
nullas potuisse constat. Sed uideamus tamen, quas tu La-  
tome causas huius rei adferas, & iustas existimes, Quae  
est altera huius loci controuersia. De qua re ita scrip-  
sisti E. ij.

*Latomus.*

An illa uero (de ratione loquitur percipiendi bene-  
ficia Dei in sacramentis) quae detrimentum patitur,  
ut cum negligentia quidem nulla praetermitti, aut te-  
meritate uiolari debeat, tamen si id tempus uel causa  
postulet, in ea dari aliquid necessitati, remitti infirmi-  
tati summamentum, piaculum caueri, communibusque na-  
turae uitis occurrere liceat. Et G. iij. explicas has  
causas: effusionem calicis, uini corruptionem, Absternios,  
& ex

*Causae utriusque  
calicis*



## LIB. I.

## CONFUTATIO CAUSARVM

& ex morbo a uino abhorrentes, demum gentes quæ  
usu uini carent.

Confutatio generalis causarum quas Latomus affert, pro  
sublata calicis dispensatione. Cap. XXV.

D e his causis quid in uniuersum sentire debeas,  
hinc facile possis, si uelis, discere. Dabis in  
bie sanctos illos maiorem gentium patres, Hilarium,  
Ambrosium, Augustinum, Basilium, Nazanzenum,  
Chrysostomum, & huius classis cæteros, ueros Ec-  
clesiæ Dei Episcopos fuisse, & tam cautos in exclu-  
dendis casibus, qui possunt honori sacramenti aliquid  
detrahere, & tam indulgentes infirmitati fratrum, ut  
qua causa aliqui sacramento priuarentur, quæ fuerunt  
Episcopi illi, quorum tempore uestra sacramento in-  
uecta est mutilatio, quos constat absorptos fuisse ciui-  
ris & delictis mundi, atque adeo nomine tantum Episco-  
pos. Iam non negabis sanctissimos illos patres etiam  
haud paulo plus, quam hæc uestra Episcoporum Idola (de  
illis tantum loquor, quibus non potest per Deum alie-  
ni in externis huiusmodi ceremoniis liceret mutare.  
Sed nec illud inficiari poteris, illa uestra pericula effu-  
sionis & corruptionis uini, longe magis metuenta  
fuisse tempore Sanctorum patrum, quam postea unquam, cum

## ADEMPTI CALICIS.

eo nimirum tempore sacramenta ad singulas Missas administrarentur.

Hæc cum ita habeant, dic Latome, si potes, qui factum sit, ut illæ tuæ tam graues causæ truncandi cænam Domini, ad hoc facinus, non pmouerint, etiam illos religiosissimos & ueros Episcopos, quibus multo amplius, quàm ullis eorum posteris cordi fuit, & ne sacramento in honoraret, & ne qui ab eius percepti-  
one impedirent, quibusq; etiam tanto magis, quàm potest, causam reiectionis periculum impendebat. Hanc tuas  
causarum reiectionem tibi & in priore mea responsi-  
one obieci: Sed tu ea dissimulata, tuas tantum semel  
uel auditas, uel etiam animo tuo cogitatas argutias,  
regessisti, quod non est eius, qui sua uelit confirmare,  
& quæ contra ea allata sunt, confutare.

Porro causis istis tuis, cum ex se non potes, pondus affectas afferre ex auctoritate quàm plurimorum piorum hominum, qui illas graues iudicarint, ex consuetudine scilicet longissimi temporis, ex iudicio duorum consiliorum. At nos merito multo maiorem deferimus auctoritatem tot sanctis patribus, & plebibus Christi, totq; sacratissimis Synodis, quæ per mille ducentos annos hoc præceptum Domini de dispensando Calice, religiose obseruarunt, ut taceam innumeras



orientis & aethiopum, ac Graeciae Ecclesias, quae illud etiam num obseruant, nihil omnes motae illis uestris tam grauibus causis. Ita iure pluris etiam facim<sup>9</sup> consuetudinem dispensandi calicis, quae & tanto longiore, ac etiam infinito meliore Ecclesiae tempore obtinuit, & nititur uerbo, p̄ceptoq; Dñi, q̄ illam uestram, tanto cum minoris, tum etiam deterioris temporis, quaeq; p̄terea etiam cum uerbo Dei pugnat.

Tu scribis te multorum sententiae plus tribuere, q̄ unius: pacatis, plusq; turbulentis: Ecclesiae uniuersae, uel maiori eius parti, q̄ tibi ipsi, q̄ mihi, & omnibus qui hodie in hac contentione uersantur. Quare igitur non accedis sententiae, & usui Christi, Apostolorum, omnium Martyrum, & sanctiss. Ecclesiae patrum, omniumq; per uniuersum orbem Ecclesiarum, & eorum Ecclesiarum, quae ut in hac re, ita etiam in ceteris omnibus inhæserunt p̄ceptis Dei, tanta religione, ut quas tu sequeris, illis nulla queant ratione conferri? Certe inficiari non potes ab hac ueteri & meliore Ecclesia, hanc partem tuam uinci incomparabiliter, sicut pietate & scientia Dei, ita etiam numero, auctoritate, & temporis diuturnitate.

Quanti faciendum periculum effusionis & corruptionis uini. Cap. XXVI. Iam

*Auctoritas & plurimum & meliorum in Ecclesia fiat pro nobis.*

## ADEMPTI CALICIS.

Iam uideam<sup>9</sup> quid momenti uestræ causæ singulæ habeant. De periculo effusionis, quod uehementer exaggeras, dictum iam est, Illud. S. patrib. multo magis, q̄ postq̄ hæc uestra inuecta est sacramenti truncatio, fuisse metuendum: Sacramenta enim populis. S. Patrum temporib. ad oēs missas dispensabatur, ipsiq̄ etiam pueris: Posteaq̄ aut uestra obtinuit sacramenti mutilatio, dispensari coepit rarissime. Cōstat aut fuisse sanctos illos patres in cauendis casibus, quicunq̄ imminuere possint honorem sacramenti, multo q̄ ullos postea religiosiores. Cum igit. S. Patres, illi tanto q̄ uestri sacrificuli religiosiores, tum etiã Ecclesiasticarū dispensandarū adeo peritiores, periculum hoc effusionis, quod ipsis tanto amplius impendebat, tanti non fecerūt, quin nefas putarent, hui<sup>9</sup> periculi auertendi causa, a dispensando calice superse- dere, certe horū posteris, tanto illis minus & religiosiss, & in his rebus peritis, hoc non potuit idonea causa esse periculi, ut dispensationem sanguinis Dominici a mensa eius remouerent. Canonem tu adfers, qui p̄cipiat locum in quem aliquid de calice effusum sit, radere, & quod erasum fuerit cremare, &c. Dic autem Latome, cuius concilij iste Canon est, quo Ecclesiæ tempore, & quibus patrib. authorib. constitutus: Sancti

*Veteribus quōtidie  
communicantibus  
Calicem Domini,  
periculum effusio-  
nis magis metuen-  
dum.*



## LIB. I.

## CONFUTATIO CAUSARVM

*Superfluo in ex  
tremis, & non ueris  
honoribus / acra  
mentum neglectus  
in futurum*

*6. q. i. interrogo.*

patres magis de eo laborabant, ne quis indigne man-  
ducans & bibens, reum se faceret corporis & sanguis-  
nis Domini. Ne in manus, os, & uentrem sumeret  
irreligiosæ mentis. Cauebant etiam, ne quid de sacra-  
mentis in terram decideret, ut si quid imprudentibus  
decidisset, dolebat id illis, uerum nullum adeo nelis  
eo, aut piaculum, ut tu nobis ista amplificas, commissa  
sum iudicauerunt. D. Augustinus grauius peccatum  
facit, & merito, si quis excidere sibi pat. atur uerbum  
Dei auditū in Ecclesia, ne illud in animo suo religiose  
recondat. Sed ita solent Antichristi, confictio sacra-  
mentorum honore, uerum illorum honorem commu-  
tare, & ueris dissimulatis piaculis, exaggerare facile.

*Calumniosum cri-  
men Latroni.*

Causam corruptionis uini uitare per q̄ facile licet,  
si non asseruet ita, ut plerisq; Ecclesijs ueteribus mos  
& lex fuit. Idq; licet facere citra ullam talem sacræ  
menti contumeliam, qualem tu nostris Latroni  
calumniam tribuis, (ita enim credam, donec profertur  
qui id commiserit quod cōmemoras) id scilicet quod  
esset a cōmunicatione reliquum, alicubi fuisse effu-  
sum in angulum aliquem, aut sodali in conuiuio, de  
quo modo sublatum fuerit, propinatum.

*De uero honore sacramentorum.*

*Cap. XXVII.*

*Ex lib.*

## ADEMPTI CALICIS.

E xhibemus & nos sacris signis suum honorem:

Sed ita, ne inhonoremus Dominum ipsum, qui his se nobis signis offert. Tu ad confectum a te, uel a tuis crimen, exclamas horrendū hic in nostros, tanquam constaret, quod tibi odio Euangelij Christi mercedaciter, sed audacissimorum ganeonum. Hæc ram Ecclesiæ, sed audacissimorum ganeonum. Hæc exclamare debebas in illa uestra probra & propudia, in eos Christi conculcatores, qui & cæteris omnibus fæderibus & flagitijs cooperti, sacramenta præterea Christi quotidie in Missis suis habent questui, & ad horribilem prostituunt idololatriam. Cumq; his lucreti tantum fuerint ut conuiuium & compotationem sibi possint comparare, sese statim ab his sacris suis, uino ita ingurgitant, ut recens sumpta sacramenta in mensam reuomant, quorum nos tibi passim nõ paucos proferre possumus, tu forsitan nobis plures exhibere uales. Nec enim ignoras, quæ tui sacrificuli admittere soleant, nefanda sane flagitia, cum frequentiores conueniunt in suis dedicationibus, & lautioribus parentationibus. Vide itaq; Latome, ne incidas in illud Domini dictum: *Væ uobis Scribæ & Pharisei, Matth. xxiii.* hypocritæ, qui id quod in poculo & patina externum est purgatis, intus plena sunt rapina & immundicia.

*Quibus conueniunt  
afficiunt sacrifici  
culi Latome, ne incidas  
sacramenta.*



## LIB. I.

## CONFUTATIO CAUSARVM

Verus honor sac  
cramentis

Verus honor sacramentorum est, ut ea tractemus, atq; sumamus, ita ut Dominus instituit, cum uera peccatorum nostrorum pœnitentia, cum desiderio ita edendi carnem Domini, & bibendi sanguinem eius, ut crucifixis indies magis, & mortificatis, nostra carne & sanguine, uiuamus plenius in ipso, & uiuat ipse in nobis, cumq; ea Domini, atq; eorum quæ Dominus salutis nostræ causa fecit, commemoratione & celebratione, qua fides & fiducia in ipsum auctor facta, sese ad omnia inde bona opera efficacius exerat.

*De abstemijs, & a uino abhorrentibus ex morbo: atq; a uino carentibus. Cap. XXVIII.*

Sed ad institutum. Reliquas causas, de Abstemijs, & ex morbo abhorrentibus, atq; gentibus quibus copia uini desit, miror cur commemorare uolueris. Quæ enim ratio auferre calicem Ecclesijs, quibus uinum suppetit, atq; in illis, fidelibus innumeris, qui nec abstemijs sunt, nec alia de causa uinum minus gratum habent, propterea, quod paucissimi quibusdam hominum, uinum uel non habent, uel ingrata bibunt, maxime cum dederit Dominus de dispensatione calicis pceptum adeo manifestum, idq; sit iam inde ab Apostolis per tot sæcula ab Ecclesijs in toto orbe tanta religione obseruatum? Necessitati & incontinenti

## ADEMPTI CALICIS.

firmitati fratrum fiat præceptorum huius generis, quæ decet remissio, cæteris uero, quos nulla urget necessitas, nulla premit infirmitas, relinquatur integra & præceptorum Christi obseruatio, & munerum eius perceptio.

*An credendum Pontificibus, facti sui rationem constare, cum nulla appareat. Cap. XXIX.*

Vides igitur Latome, quæ prorsus nihil ponderis habeant hæ uestræ causæ, uerum tu etiam si nullam cernas idoneam, quam tui sacrifici pro hac sua audacia truncandi sacramenti queant afferre, tamen uis credere, eos consilij sui rationem habere meliorem quæ te: & facti causam multo probatissimam.

Ita ne, quicquid, & quantum uis clare præcipiat Dominus noster Iesus Christus filius Dei, unicus magister noster, quicquid, & quolibet sancti tradiderint Apostoli, obseruauitque uniuersa Ecclesia Christi, quæ late orbis patet, & ultra mille ducentos annos, omni scilicet eo tempore, quo ueros habuit Episcopos: tamen, si contrarium sua temeritate & superstitione introduxerint, manifesti Antichristi, & tyrannide sua obtinere aliquandiu in aliqua orbis parte fecerint, tu non dubitabis hos festi, missi Christo, missis Apostolis, missis omnibus Ecclesijs Christi uerioribus, missa autoritate tanti,  
tamque

*Latome etiam nullam causam uideat adempti calicis, tamen credere multo Pontifices optimam habuisse.*



**LIB. I.**

**CONFUTATIO CAUSARVM**

tamq; melioris temporis ecclesie, & credere eiusmodi Antichristis, consilij sui rationem constare, factiq; sui habere causam probatissimam: Dominus det tibi ut in tempore agnoscas, quanta sit in ista tua prepos-  
tera credulitate, siquidem ita credis, vis Antichristis-  
anismi.

*Quam necessaria sit calicis Domini dispensatio & sumptio. Cap. XXX.*

*Latomus contemp-  
tus loquitur de sac-  
ramento sangui-  
nis Christi.*

**P**raterea, cum uides te destitui iustis causis pro-  
bandi istam uestram sacramenti uere sacrile-  
gam mutilationem, (feras Latome, q; pro maiestate  
omnipotentis Dei, rem suo nomine appellam) con-  
fugis eo, ut dispensationem atq; sumptionem calicis  
extenues quantum ualeas, sperans te eo ostendere  
posse, etiamsi nullæ queant a uobis causæ adempti ca-  
licis afferri, nos tamen etiam non habere causas iustas  
repetiti calicis: ludisq; de colore & gustatione uini, &  
uim fidei amplificas, deinde cæna sacra p;ppriam uti-  
litatem facis, celebrationem mortis Domini, &  
manducationem carnis, & potum sanguinis Christi.

*Quæ cause repeti-  
ti calicis.*

Nobis uero, ut supra diximus, non est hæc causa re-  
petiti calicis, q; putemus sine eo nos non posse bibere  
sanguinem Domini, non posse confirmari nobis no-  
uum salutis testamentum, remitti peccata, uiuere in  
nobis

## ADEMPTI CALICIS.

nobis Christum. Pendent enim hæc a sola bonitate liberali Dei, & percipiuntur fide, etiam si præterea nihil a nobis adhibeatur, quod quidem non fides ipsa requirit, & secum trahit necessario. De ui præcepti Dominici inter nos quæritur: an cum plane constet, quid instituerit ac præceperit nobis Dominus, liceat id omittere, & diuersum facere, propterea, quia id placeat sacrificiis, & pontificibus, aut toti etiam mundo, immo mille mundis. Non quærimus quid sit necessarium per se, aut non necessarium ad hoc, ut uescamur carne Domini, & bibamus sanguinem eius. Scimus, ut & antea diximus, Dominum se nobis posse impartire, nullo intercedente sacramento, ac etiam uel ubi copia sacramenti nobis defuerit, & uerum ipsius desiderium adfuerit. Scimus autem & hoc, male dictum esse eum, qui non manserit in omnibus uerbis Domini. Scimus eos, qui renuntiant munera Dei recipere ijs rationibus & instrumentis, quibus ea Dominus offert, & Dominum & munera eius abnegare & respuere. Hoc igitur quærimus: Vtrum liceat præcepta Dei uiolare, an minus: an fas sit nos homines mutare instrumenta munerum Dei, quæ ipse nobis præscripsit, & usurpanda religiose commendauit. Scimus .n. omnia uerba Dñi, etiam quæ de externis

M

nobis



LIB. I.

CONFUTATIO CAUSARVM

*Omnia uerba Christi, etiam quibus de externis sacramentorum ritibus præcipit spiritus et uis sunt.*

nobis rebus tradidit esse uerba salutis nostræ, esse spiritum & uitam, siquidem nos illa fide uera excipiamus: Esse occidentem literam, & mortem, si ea negamus, cum ipse dat, ut ea obseruare ualeamus. Scimus nos Dñm ipsum abijcere ne sit Deus noster, uti supra demonstrauius, si in sacramentis eius quicquid immutemus. Agnoscis igitur & hic extra causam te illa disputasse, q̄ possimus solo pane Domini satis excitari ad celebrandam mortem Domini, posse item abunde potari sanguinem Domini, etiam si calicem non gustemus. Potest Dñs suam dare nobis cõmunionem, & se cibum uitæ aternæ etiam sine pane, ergo cum uidebit̄, eripietis nobis, & hoc Christi sacramentum: Nobis non id in hisce disputationibus, respiciendum est Latome, quid possit facere Deus, sed quid nos facere præcipiat Deus, Verum de his in superioribus dictum satis est.

*Etiam ipse causis quas præcipit affere et adempti calicis non solent.*

Ex his itaq; & id planum fecimus, causis quas præcipitis trẽcationi sacramenti, omnino nullis esse potestis, apud filios Dei, Quod ipsum agnoscens, scribis nec te illis nisi, adeoq; hanc partem quæstionis uelle in medio relinquere, eoq; te confers, atq; diserte in eo uideri uis, ut doceas, etiam si constet, calicem populo Dei nullis de causis, ac ita luculenta cum iniuria esse ademptum.

## ADEMPTI CALICIS.

ademptum, tamen hanc potius ferendam nobis esse iniuriam, quæ ut libeat repetendo nostro hac in re iure, unitatem Ecclesiæ uiolare, qui tertius locus est, quem tractandum suscepisti.

**TERTIA CONTROVERSIAM**  
*principalis: An Ecclesiæ unitas scindatur repetendo calicis dispensationem. Cap. XXXI.*

Nos demonstrauimus mutilationem illam Sacramenti, de qua disputamus, nullo modo uere Ecclesiæ Christi attribui posse, ut quæ præcepta Dominum ab alijs summo studio poscat: ex eo facile intelligitur & istud, eos, qui obedientiam repetunt præcepti Dei, de dispensando calice Domini, se cum Ecclesia Christiana coniungere, non ab ea se separare. Extra caucas, de unitate Ecclesiæ colenda, de necessitate piæ confessionis, de charitate mutua: fatemur & prædicationes istas & crederes, quæ hic nobis commemoras, de horto concluso, de unica columba, & sponsa Christiani, de non offendenda aut perturbanda Ecclesia, de dilectione inter nos mutua, deque uere pestifera ab Ecclesia Christi secessione. Nam si hæc perspetuam haberes,

*Abstinentia a calice unitas Ecclesiæ scinditur, non repetendo calicem.*



## LIB. I.

## VNITAS ECCLE. SCINDITVR

haberes, nobis crimen discessus ab Ecclesia, ob reuocatum calicis Dominici dispensationē, haudquaquam tenderes, Sed in priore mea responsione abunde explicauī ex diuinis literis, & sanctis. Patrum autoritatibus demonstrari, & quid Ecclesia Christi sit, & quibus in rebus sita sit eius unitas, atque cōmunio, quique hominum cōtūsus dici Ecclesie Christi, qui Antichristi debeant. Hæc si potes refuta, sed tum id poteris, cum uerbum Dei poterit confutari humana ratione, & dogmata Christi reprehendi sophismatis Antichristi.

Sed ad rem. Nouimus, & gratia Dño, certius quos, Ecclesiam Christi unam esse, & extra hanc seruari posse neminem, atque ob id nulla omnino de causa, quæ humano possit ingenio comprehendere, discedere ab ea licere, multo minus eam perturbare, unitatemque coniunctionis eius tentare. De his nihil Latome inter nos controuertitur, istud inter nos quaritur: An nos repetendo præceptam a Dño dispensationem calicis Dñi, quæ non ab Ecclesia, ut Christi ecclesia, sed a contrarijs & irreligiosis sacrificiis est intermissa, & a consensu Antichristis uetita, discedamus ab Ecclesia Christi, consensionem cum prijs soluamus, compage corporis Christi laxemus, ecclesiam Christi perturbemus. Hic tu ais: nos negamus. Videamus ergo primum, quæ

a pag. cxxij. usque  
in pag. clxvi.

Latomes multa de  
eo, de quo nihil con-  
trouertitur.

CALL. DISPEN. PROHIBENDO.

qua tu ratione id, quod ais, com pbes: Deinde ostendam, quo nitat nostrum negare. Tuum ergo sophisma sic habet, si resoluatur.

*Latomi Paralogismus.*

Quo probare conatur, nos unitatem Ecclesiae scindere, eo quod dispensationem calicis sine permissione Concilij Pontificis Romani apud nos restituimus.

Cap. XXXII.

Quicumq; aliquam ceremoniam usurpāt, quam non usurpāt, Germania, Italia, Gallia, Anglia, Hispania, etiam si eam ceremoniam Dñs ipse instituerit, & usurpare praeceperit, usurpaueritq; eam omnis illi a cōmunionem discedunt Ecclesiae, eamq; maximo diffidio perturbant. Omnes qui gustant calicem (ita uerbo eleuas, & rides sacramentum sanguinis Dñi nostri Iesu Christi) usurpant ceremoniam, quam prius eadem usurpare desierunt, Germania, Italia, Gallia, Anglia, Hispania. Ergo hi omnes discedunt ab Ecclesia, soluunt unionem Ecclesiae, & sunt schismatici & haeretici.

Ad probandam uero tuam maiorem propositio- nem, quam non ignorasti nos non recipere, nihil affers argumenti. Affirmas tantum neminem esse qui

*Latomus Christi-  
auium nomen con-  
cludit, Germania,  
Italia, Gallia, An-  
glia, Hispania.*



LIB. I.

UNITAS ECCLE. SCINDITUR

ignoret has ipsas reliquas in Europa Christiano nomine nationes, maiorem partem esse orbis Christi, uel potius totum fere nomen Christianum.

*Premissi Paralogismi refutatio.*

Cap. XXXIII.

Quid ita Latome: sub quo igitur pones nomine tot Ecclesias Græciæ, & orientis, atq; æthiopum: Paulo ante hoc tuum dictum scripsisti, Non unius gentis, aut sectæ unq; fuisse catholicam Ecclesiam, sed omnium locorum, personarum, ac temporum. Agnoscis enim, inq; uim uerbi, quid sit catholicum esse? Quid ergo nunc tantam adhuc Ecclesiæ amplitudinem, his conaris includere angustijs, tam paucis nationibus reliquæ nobis Europæ: Ita ne tu & cæteri Romanæ tyrannidis ppugnatores, cœlestem Ecclesiæ dignitatem, & pertinentem in omnia, cum sæcula, tum loca, amplitudinem, addicetis totam huic uestro Antichristo: ut qui hunc adorât, & ut eiusmodi Christi uicarium audiunt, quo iubente abijcienda sint quæ præcepit Christus, & suscipienda quæ uertit Christus, eos omnes in uestram arcam Noe, in horum uestrum conclusum, in cubiculum sponsi uestri recipiatis: qui uero Christum ipsum audire, & seq uolunt, ubi ille Christi, sed a uobis, non a Christo constitutus

## CALI. DISPEN. PROHIBENDO.

tutus uicarius, diuersum requirit, ut fere semper facit, eos arca uestra, horto, & cubiculo eijciatis, & ut hæreticos condemnetis: Sed bene habet, q̄ pater Christo Domino, non isti uestro Antichristo, nec uobis, potestatem omnem tradidit in cælo & in terra, & quod hic ipse Dominus, & seruator noster nobiscum manet quotidie, usq; ad consummationem sæculi.

Audes scribere: Neq; hic recipio *à l'auant* uestrum, non ex numero multitudinis, sed ex societate piorum cõmunionem spectandam esse: & addis, temeritatis esse paucos aliquos affirmare de se, quod soli iusti sint, ceteros omnes condemnare. Vide Latome, quo promoueas doctrinam Christi oppugnando. Te ergo auctore, Ecclesiam Christi, nõ iam societate pietatis, sed numero tantum multitudinis æstimabimus: Et ne temeritatis crimen, te iudice, subeamus, inter eos, qui nomen modo habeant Christianum, & obedientiam R. o. Pont. p̄stent: discrimen tollemus omnem Diabolo, electorum, natoꝝ ex patre Deo, & ex patre pioꝝ & impiorum, natoꝝ ex mundo, & cum mundo pereuntium: Perinde habebimus cultores & blasphematores Dei, falsos & ueros p̄phetas, pastores, & fures atq; latrones, oues & hædos, bonas & putres arbores, uuas & spinas, opa carnis & sp̄s, lucẽ & tenebras, Christũ  
& Be=



## LIB. I.

## VNITAS ECCLE. SCINDIT VR

& Belial Antichristum, calum & gehennam: Eodem loco ponemus Cainum & Habelum, Chamum, & fratres eius, Sem & Iaphet, Iudam & Petrum, Paulum & Alexandrum: Vide quales se nobis exhibeant Theologos, qui Theologiam discere, non ex diuinis libris, & de Ecclesia Christi disputare, non ex diuinis cognitione .S. scripturarum uolunt. Nam quod precepit Christus cauere falsos Prophetas, fugere alienos, anathema habere qui non amant ipsum, & aliud Euangelium adferunt, tu ascribis temeritati, falsumque aude facere quod Dominus dixit: Multos esse uocatos, paucos electos. Item, ego elegi uos de mundo. Item, confidite pusille grex: nam non in societate pietatis, sed in numero multitudinis communem Ecclesiam ponis. & quam precipit Pont. tuus Rom. spectet, & retineat. Dominus dignetur te ab his tenebris liberare.

Quomodo Ecclesia sit paucorum, & tamen catholica. Cap. XXXIII.

Catholica Ecclesia est, quod tu recte scripsisti, omnium personarum, locorum, & temporum, sed non nisi personarum credentium Christo, & locorum, ac temporum in quibus inuocatur uera fide Christus, in quibus obtemperat uerbo eius. Qua de re satis superius ostendi.

Quorum uniuersorum Ecclesia catholica.

## CALL. DISPEN. PROHIBENDO.

ostendi in indicato loco meæ prioris respõsionis, quid nos Deus ipse in suis scripturis, quid per ueterem suam ueram ecclesiam docuerit. Cum ergo rogas, quomodo dicamus paucorum communionem esse catholicam, uniuersorum, qui sub illo nomine uere comprehenduntur, non esse? Rogo inuicem, si nihil quod multitudinem & paucitatem spectari uelis, quomodo tu communionem paucorum in Germania, Italia, Gallia, Anglia, & Hispania, dicas esse Ecclesiam catholicam, multitudinem uero uniuersorum hominum per totam reliquam Europam, per uniuersam Africam, & Asiam, dicas non esse? Renatorum & credentium Christo est communio Christi, & Ecclesia catholica, etiamsi duo tantum aut tres hic essent supstitutes, uniuersorum non renatorum, & Christo non credentium, quilibet multi sint numero, non est. Et rursus, quia hi ipsi duo aut tres Christo uere credentes, communionem Christi habent, cum omnibus qui uspiam, & unquam fuerunt, sunt, & erunt Christiani, & Deo renati, ideo hæc illorum communio non est paucorum, sed uniuersorum, & semel omnium, ac idcirco recte dicitur Ecclesia catholica, & communio omnium, at non hominum, sed filiorum Dei.

*Ecclesia Christi,  
est & paucorum, &  
uniuersorum.*

Cum septem tantum millia in Israele essent reliqua, quæ  
N genua



## LIB. I.

## VNITAS ECCLE. SCINDIT VR

*Catholici olim vii.  
centum millia in  
Israel, & Athana-  
sius cum paucis  
Episcopis Eccle-  
siae Christi.*

genua sua Baal non flexerant: quando Christo Do-  
mino pusillus discipulorum grex adhærebat, & eum  
reliqua Iudeorum & sacerdotum uniuersitas condeme-  
nabat, Cum Athanasius cum paucis de filio Dei recte  
sentiret, paucorum ne tum, an uniuersorum erat uera  
Dei & Christi communio? Simul sane & paucorum  
& uniuersorum: Paucorum, collatione ad reliquum  
populum Israel, ad cæteros Iudeos, ad turbam eorum,  
qui de Christi nomine tum gloriabantur: Uniuersorum,  
quia ij ipsi pauci in hoc mundo, unum erant in  
Domino, & ueram, solidamq; communionem Dei  
retinebant cum sanctis uniuersis, qui unq; fuerant, aut  
etiam erant futuri.

Itaq; quantumuis pauci simus, qui dispensationem  
calicis ex præcepto Domini in nostris Ecclesijs resti-  
tuimus, si conferamur cum Turcis, Iudeis, & ijs uo-  
catis Christianis, Episcopis, Pontificibus, qui dispen-  
sare calicem Domini contra præceptum eius intere-  
miserunt, & hæreticum hoc, atq; schismaticum fecerunt,  
& communicamus cum uniuersis sanctis, qui Deum  
unq; rite coluerunt, hodie colunt, & colent posthac.  
Cum his enim omnibus unum corpus Christi sumus,  
uno spiritu fidei uiuimus, eandemq; religionem,  
cultumq;

## CALI. DISPEN. PROHIBENDO.

cultumq; Dei colimus, etiam si sancti, qui ante Christum reuelatum extiterunt, non sacramento calicis, sed ijs, quas ipsis Dominus præceperat ceremonijs, glorificarent.

Hinc, si uis, potes, clare uiderere, nihil nos absurdi facere, cum nostram uocamus communionem catholicam, etiam si adhuc multo pauciores essemus, qui ad Christi obedientiam, repetita calicis dispensatione reuerfi sumus. Discessimus fatemur, ut multorum aliorum, ita & huius præcepti Christi restituta obseruatione, a uobis, pauci a multis: sed id tum demum, cum uos de præceptis Christi abunde moniti, exigebatis, ut uos potius q̄ Christum audiremus?

Imo cum nos a uobis, propter obedientiam quam Christo præstare uoluimus, depulistis, & hodie ferro & igni depellitis. Verum discedendo a uobis hoc pacto, & hac necessitate, non discessimus ab Ecclesia Christi, sed ad eam accessimus, ad montem Zion, & ad ciuitatem Dei uiuentis, Ierusalem coelestem: Coniunximusq; nos cum cœtu innumerabilium angelorum, & Ecclesia primogenitorum, qui adscripti sunt in caelis, cum iudice omnium Deo, cum spiritibus perfectis, & mediatore noui testamenti Iesu.

*Vnde discessum suum  
& quo accessum.  
repetita calicis dispensatione.*



LIB. I.

VNITAS ECCLE. SCINDIT VR

Cui Ecclesiæ, & quib. ministris Ecclesiarum, <sup>Spiritus</sup>  
 sanctus promissus sit. Cap. XXXV.

Latomi probatio  
 maioris. Spiritus  
 sanctus docet Ec-  
 clesiam omni se-  
 culo, ergo & hoc  
 quo remota est a-  
 cana dispensatio  
 calicis, igitur hac  
 remotio spiritus  
 est opus.

Sed ad tuum redeamus Sophisma. Inter ea, que  
 modo confutauimus, admones nos, quomo-  
 do populus nobis fuerit docendus (utinum ipse prius  
 a Domino doctus, & in scripturis, unde docendi su-  
 mus, paulo melius institutus) Christum Ecclesiæ suæ  
 nunq̄; defuisse, nullorum temporum documenta non  
 suggessisse, præfecisse ministros cum potestate, hos  
 primam esse authoritatem. His interpretationem  
 uerbi, dispensationem sacramentorum creditam, ab  
 eisdem non aliunde petendam. Hos, quia homines  
 sunt, labi atq; errare posse, Ecclesiæ aut̄ cælitus prospici.

Ita semper id sumis Latome, quod pbandum tibi  
 est, siquidem uelis tuum argumentum subsistere, hoc  
 scilicet falsissimum & impium axioma: Quicquid faci-  
 ciant & iubeant Rom. Pontifices, id factum & iuste  
 sum habere oportere, & Ecclesiæ, & spiritus sancti.  
 Ecclesiæ sane, sed Christi, cælitus prospicit, eiq; Chris-  
 tus nunq̄; deest, adest autem illi, etiam aduersus car-  
 nis, mundi & satanæ insultus, quib. nemo sanctorum nō  
 aliquando concedit: Christus suæ Ecclesiæ suæ doctrina  
 nunq̄; non suggerit, at nunq̄; inter se cōtraria  
 nunq̄; cum scripturis suis dissentanea. Præficit sponsa  
 suæ.

## CALL. DISPEN. PROHIBENDO.

suæ ministros, sed qui & ministrent ad ædificationem non ad destructionem: præficitq; eos, & cum potestate, sed non summa: magnam illis cõfert autoritatem, sed non primam, hanc enim sibi uni referuat. His, uerbi sui credit interpretationem, sed non moderatorem, multo minus corruptionem, & abrogationem: Sacramentorũ dispensationem, non mutilationem.

Verum quantacunq; sint, quæ Christus suis ministris confert, quid horum pertineat ad eos, qui ministrant, non Christo, sed Antichristo, qui, quæ Christi sunt omnia destruunt, eaq; tradunt & tuentur, quibus suam ipsorũ tyrannidem fulciant, & augeant, regnum uero Christi dissipent, & profligent, in quo tuos Episcopos & Pontifices esse, & persistere, totus orbis deplorat, & detestatur.

Habuit & ueteris Israelis Ecclesia suas præclaras promissiones, de præsentia, doctrina, & ductu Dei: nihilominus, cum deserto uerbo Dei, suis se dedebat cupiditatibus, dum traditas diuinitus ceremonias, aut superstitionibus subiectis ab impijs hominibus permutabat, aut sine uera peccatorum poenitentia, ac fide in Deum peragebat, Deus permisit in eo populo sicut potestatem regiam, impijs regib. ita & sacerdotium falsis sacerdotibus: & pseudoprophetis, autoritatem

*Quatenus Christus ecclesie sue adest, & audiri uult eius ministros.*

*Vetus Israel easdem quas Ecclesia habuit promissiones, de præsentia et doctrina Dei, tamen saepe Doctores, & Prophetas habuit fugiendos.*



LIB. I.

VNITAS ECCLE. SCINDITVR

Prophetarum: eratque in his efficax spiritus erroris & mendacii, etiam usque ad portenta & miracula, & plurimum seductionem. Suis autem Deus, quos in populo relictos habebat, precepit & sacerdotes, & Prophetas illos peruersos, cauere & fugere, & quod ad religionem attinet, a reliqua multitudine, a regibus, a sacerdotibus, & Prophetis discedere.

*Nulli genti promissum a Deo est, suos Episcopos erigere non posse.*

Profer tu nunc si habes, ubi promissum sit Germaniæ, Italiæ, Galliæ, Angliæ, Hispaniæ, ut quomodocumque uiuant in his nationibus homines, & Deum quamuis impijs cultibus offendant, tamen quicumque in his nationibus Episcoporum & summorum Pontificum titulum & dignitatem semel inuaserint, & Deum simonia, quibusue sint consecuti sacrilegijs, hos tamen nihil posse in Ecclesijs usurpare publice, nihil institueri nisi quod suggesserit spiritus .S. in salutem Ecclesiæ suæ, quodque sit prius omnibus illico amplectendum, & quidem citra omnem inquisitionem, & dijudicationem. Nisi autem hoc demonstraris, quod facies nunquam, ipse illis probabilitatis esse relictum.

*Quia Ecclesiæ spiritus .S. promissus, & qui ministri, et quos ipse*

Ecclesiæ quidem, sed suæ Christus, & a suo pendenti uerbo, suum promissit spiritum, ei que suos ministros, ut semetipsum audire precepit, uerum ne hos quidem ultra,

ultra, q̄ ij uerbum ipsius administrauerint, A quo q̄a etiam boni & fideles ministri possunt aberrare, uoluit Dominus etiam uerorum Prophetarū, nedum aperte falsorū, prophetias d̄iudicari a sedentibus. i. Co. xiiij. A sedentibus in q̄; in Ecclesia, & spiritu Dei afflatis. Quem ut multi falso iactent, tamen nouit Dominus suos, & cognoscendi d̄iudicandiq; spiritus facultatem his sic benigne largitur, ut quicquid iactent, qui de spiritu eius mendaciter gloriantur, tamen maneant Ecclesie ueræ Christi, uerisq; membris Christi, certa & indubitata salutis dogmata.

Loquitur quidem interdum spiritus Dei bon⁹, su- Per malos Domi-  
nus aliquando lo-  
quitur, nobis tamen  
præcipit ab eis car-  
uere.  
a q; administrat dona etiam per impios Pontifices ac ministros: uerum id facit perraro: tamen iussit nihil minus a talibus cauere. Quare non minus faciunt hominus a talibus cauere. Quare non minus faciunt impie, qui, quæ Christi sunt, petunt a manifestis Antichristis, propterea, quia loca hi teneant ministerium Christi, & quoniam Dominus aliquando etiam per malos ueritatem suam protulit, q̄; facerent insane, qui ab asinis uellent petere oracula Dei, propterea, q̄ per asinam Dominus semel prophetam corripuit, uel iudicium regis petere a simijs & catellis, eo q̄ in solio sederent regio. Caiphæ, q̄ pontifex esset, dedit Dominus sermonem eloqui propheticum, sed qui eum sermo=



**LIB. I.**

**VNITAS ECCLE. SCINDITVR**

*A pag. cxc. usq[ue]  
pag. cxcviij.*

sermonem ad ipsius Pontificis intellectum sequebāt, ij condemnabant Christum ad crucem. Verum de his dictum est abunde in priore mea responsione, in confutatione argumenti uestri tertij.

Ex his ergo facile conspicit̄, q̄ nihil p̄fus queas uel uerisimilitudinis comparare maiori tui sophismatis propositioni, qua audes affirmare, eos a cōmunionē Ecclesiæ Christi discedere, qui audeāt ceremoniam usurpare, quam reiecerint Germania, Italia, Gallia, Anglia, Hispania, etiamsi Christus eam præceperit.

*Latomus eos, qui præcepta Dei repudiant, Ecclesiam facit, qui ea student obseruare, hæreticos & ab Ecclesia recedentes. Cap. XXXVI.*

*Furor est, eos facere ab Ecclesia Christi alienos, qui præcepta Christi faciunt, quæ repudiari R. o. Antichristi.*

**E**cquæ pia mens non exhorreat, te uirum literis non uulgariter instructum, & ausum scribere de religione, potuisse admittere opinionem tam manifeste impiam & sacrilegam, ut putes, & tam audacter etiam contendas, eos deficere ab ipsa Christi Ecclesia, qui adeo manifestum Christi præceptum, ut est, quod nobis de calice e mensa sua dispensando tradidit, reuocant: & extra hanc unam quæ in his nationibus uestro seruit R. o. Antichristo, non esse Ecclesiam, nec esse aliam uspiam posse. Habet quidem Dñs indubie & in his nationib. suos electos: Sed tam abest, ut quæ

ut quæ Ecclesiæ Christi sunt, illi habeant, & administrent, qui Ecclesiastica in illis munera ad R. o. Antichristi placita gerunt, ut nunquã fuerint in orbe sub nomine Christiano, qui, quæ Ecclesiæ sunt propria & iura & munera horribilius euerterint, & extinxerint, & contraria omnia inuexerint. Et hos scilicet si non audiamus, non solum præ Christo, sed etiam contra Christum, iudice Latomo, deserim⁹ Ecclesiam Christi, & Christum ipsum, sumus hæretici, & hostes Ecclesiæ Dei: Hic qualis furor sit, det Dominus agnoscere tibi, antequã ueniat tibi iudex iustus.

Tu hoc loco, ut semel instituisti, pergis de sacramento sanguinis Christi contemptim loqui: scribis enim, Hancine causam idoneam quisquẽ esse putat, ut quia non gustat calicem in Eucharistia, idcirco sacrilegos faciat Pontifices, dicat errasse concilia, populos fraudari sacramentis clamet, secessionem faciat. Non quia non gustamus calicem, sed quia usum calicis, ut plerumque alia quæ Dominus præcepit, tui Pontifices uideantur prohibeant sacrilega, & propter obedientiam Christo præstitam, homines interficiant, ideo sacrilegos dicimus, esse Pontifices, & Christo Domino tua illa duo Concilia contradixisse affirmamus.

O Quare



Quare pii homines tyrannidem Papæ fere omnes primum declinent, repetendo usum calicis Domini.

## Cap. XXXVII.

Nec mirum est Latome, si filij Dei a repetito calice Domini incipiant anathemata tuorum Pontificum fugere. Primum enim præceptum hoc Domini omnino clarum & apertum est. Deinde constat illud quæ religiosissime per omnes Christi Ecclesias esse obseruatum, dum ueris illæ Episcopis procurabantur: tumque demum reiectum, cum eiusmodi Pontificum Idola tyrannidem in Ecclesias inuaserunt, quibus nihil possit esse reze diuinæ & ignorantius & negligentius, imo etiam auersantius: Denique nulla potest causa alia excogitari, cur Pontifices tui tam repugnet obstinate, ne huic præcepto Christi tam clare rursum Ecclesiæ prædicato, pareant, quæ hæc una, quæ contententur, quæquid ipsis in reb. Christi abusus, quicquid peruersitatis, uel imprudentibus obrepserit nec tantillam quidem uel cõmodi eis adferat, uel inferat incõmodi, tã quia id semel admiserunt, pl<sup>us</sup> ualere in Ecclesijs debere, quæ omnia Dei præcepta, quælibet certa & indubitata. Ex hoc itaque proprio Antichristiano furore, eoque tam manifesto, & importuno, quid mirum si Christiani Antichristos esse Rom. Pontifices primum solide agnoscant.

Quare initium fiat  
deficiendi a tyrannide  
Rom. Pontificis  
eis, repetendo calicem  
Domini.

## CALL. DISPEN. PROHIBENDO.

agnoscant: Et ab illoꝝ se tyrannide statim ad Christi regnum & obedientiam conferant.

Sed ad rem : pridem planum factum est abunde, tuum sophisma, quo uoluisti ostendere, a cōmunionē Ecclesiæ Dei illos discedere, qui dispensationem calicis restituunt, quam uos, qui tyrāno seruitis Romano, reiecistis, & capitali pœna prohibuistis, nihil prorsus habere uerisimilitudinis. Itaq; & tertium caput nostræ disputationis absolutum est, & demonstratum, spoliationem calicis nō esse Christianis ferendam, ut tu contendis, ne uideantur a reliqua Ecclesia secedere, cum cōstet, hanc sacramenti mutilationem, sicut cōtra apertum Dñi præceptum admissam, ita nullam etiam Christi Ecclesiam eam spoliationem commissa re. Manifestum siquidem est, sicut nulla Ecclesia, ut Christi Ecclesia, ullius potest præcepti Christi reiectionē a quoq; petere, ita neminē etiam ab ulli⁹ præcepti Christi obedientia, ab ulla se Christi Ecclesia posse separare.

*De fructibus qui ad Ecclesiam peruenissent, si nos nihil in Pontificibus & sacrificulis reprehendissemus.*

## Cap. XXXVIII.

Sumpsi tibi præterea hoc loco præcipere nobis cōcionatorib. quomodo populū docere debuerm⁹, & est sūma præceptorū tuorū, populū sic a nobis instituentum

*Conclusio, non secedi ab Ecclesia, repetendo calicis dispensationem.*

*Latomus format concionatores.*

O ñ tuendum



## LIB. I.

## VNITAS ECCLE. SCINDIT VR

*Summa præcepti  
onis Latomiana:  
uita clericorum  
dissimulanda, do-  
ctrinam sequendam*

tuendum fuisse, ut omnia clericorum & prælatorum scelera & flagitia putaret sibi esse dissimulanda, doctrinam autem citra inquisitionem in omnibus sequendam. His tuis præceptis statim subiecisti: Hæc ita si fierent hodie Bucere, aut si ante xx. annos a nouis concionatoribus facta fuissent, quantos uideret Ecclesia fructus, quanto plus pacis & concordie Germania, quanto simulatum minus haberet.

Quos uero fructus, dic quæso Latome, uideret hodie Ecclesia, si ea nos nostros populos, quæ tu hic nobis præscribis, docuissimus? Qui de rebus istis scienter iudicant, hi non dubitant, si omnes concionatores, ita ut tu præcipis, non tam nouus quæ perniciosis concionatorum formator, populos instituissent, Ecclesiam hos fructus fuisse percepturam.

*Ereptio scripto-  
rum & Dei & pa-  
trum, extinctio lin-  
guarum,*

Primum hunc: abolita esset pridem lectio omnis, & tractatio, non sacrarum modo scripturarum, sed omnium etiam scriptorū, quæ nobis a sanctis patribus relicta sunt, cum omni uera trium linguarum peritia. Hæc enim iam omnia e scholis Theologorum, & sacris concionibus erant eiecta, atque uel metaphysicis subtilitatibus, uel commentis quæstuosis, ut ethnico diuorum cultu, poeticis pœnis purgatorij, infirmitate Missarum, & indulgentiarum nundinatione cõmutata. Et

## CALL. DISPEN. PROHIBENDO.

Et quicumq; tum (quando diuini. S. patrum libri, cum studio linguarum, ministerio Erasmi, & aliorum eruditoy hominum caput extulissent,) sapere pro uestra Ecclesia credebantur, atq; ad conseruadam tranquillitatem illius recte consulere, hi eripere pro uirili stutiam. S. Patrum scripta, q̄; diuina Biblia, simulq; studium omne linguarum extinguere. Clamitant enim ex his fontibus nihil q̄; hæreses seri, hoc est, excitari cognitionem & studium præceptorꝝ Dei, cum quib. consistere Tyrannis Antichristi non potest. Quid enim ipsum Apostolicum symbolum quod uocant, Decalogus præceptorum Dei, & oratio Dominica, erepta Laicis fuisset, coactis hæc latina tantum lingua demurmurare, quam non intelligunt. Hoc enim in alijs nationibus pridem obtinuit, & nunc per Louanienses, Parisienses, & alios similes religionis uestræ magistros, præcipue urgetur.

Alter fructus, qui ad Ecclesias puenisset, si ex tuo præscripto populum in Ecclesijs docuissemus, fuisset, ut tandem omnis diuinæ legis explicatio cessisset, nõ intellectis Missis, & cantionibus templorum, ostentationibus, & gestationibus panis, Idolorum & ossium. maxime uero nundinationi de animabus uestro

*Pro doctrina populi, mutæ ceremoniæ, & pompa eibonica.*



## LIB. I.

## VNITAS ECCLE. SCINDIT VR

mancipatis purgatorio: quo scilicet res pridem peruenit in alijs nationib. Itaq; omnis honor Dei, & Christi, translatus fuisset ad Diuos, eorūq; ossa & statuas, & omnis fiducia salutis traducta in merita Diuorū, & in quæstuosas uestris sacrificis ceremonias.

*Per indulgentias  
metu omnis Dei,  
profligatio.*

Tertius fructus, qui huic Ecclesiæ extitisset, fuisse, quod Pontifices tui, per indulgentias suas, quas uendere ceperant, uendita etiam necessitate peccata confitendi, homines tandem omni Dei metu soluisent. Atq; ut precium harū indulgentiarū suarū auxiliarent, interdixissent tandem uulgo etiam uini usum, & usum uxorū certis diebus: nam & hæc in penitentia eorū in retia pecuniarum omnia conuertit.

Quartus fructus fuisset, ut sicut pridem in alijs nationibus receptum est & usitatum, pontifex tuus, & primi principes, omnes Episcopatus, prælaturas, atq; pinguiore præbendas omnis generis, nulliq; potentium & gratiosorum hominum liberis, & his etiam pueris uendidissent, & uendidissent cuiq; q̄ multa, qui scilicet potuisset redimere, omni canonica electione, & legitima præbendarum collatione in usum scilicet populi Christi, prorsus extincta.

Quine

## CALI. DISPEN. PROHIBENDO.

Quintus fructus fuisset, ut pro tutanda ista sua licentia, corroborassent, & plane firmassent dogma illud suum, Pontificis sententiam potiore esse sententia non solum omnium reliquorum Christianorum, sed ipsorum etiam conciliorum. Atque adeo nullam causam esse, ut concilia celebrēt, cum Pōtificis oraculo omnis erroris experte, definiri omnia religionis certo & cōpēdio possint. Id quod Pighius in hac tanta ueritatis luce, nō solum hoc dogmatizare, uerum ausus etiam fuit polliceri Paulo III. se hoc dogma concilio, eiq; in Germania celebrando, approbaturum.

Hunc fructum consecutus fuisset sextus, ut sicut Papa R. o. & eius sacerdotes fecissent se primæ & infallibilis autoritatis in præcipiendo & docendo, quod dogma & tu Latome audes tueri: ita fecissent se etiam immunes ab omni peccato in uita: ut quemadmodū tu uis, nos remota omni inquisitione, ea omnia & credenda & facienda nobis statuere, quæcunq; illi nobis præceperint: ita coegissent nos credere etiam recte factum, & sanctum esse, quicquid fecissent: debitum quoque ipsi & dandum, quicquid a nobis exegissent, non resilio & pecuniam, sed etiā corpora, cum nostra, tū aut filiorum nostrorum. Ita ut si quis uxorem, aut filiā, aut filiū eorum negasset in exhausta libidini, incidisset in Canonem;

*Vi quæ docent & iubent Pontifices uera & recta, ita quæcunq; fecissent, oportuisset iusta haberi & sancta.*

*Dominiū Christi in homines & res, Pontifices sibi sumpserunt.*



## LIB. I.

## VNITAS ECCLE. SCINDIT VR

Canonem: Si quis suadente Diabolo. Iam enim Syl-  
 uester Prieras in suo contra Lutherum pro indulgenti-  
 t̃is libro, hanc regulam dederat. Ecclesiam R. o. licet  
 nō dicto, ita nec facto errare posse, idq; nec in fide nec  
 in moribus.

Et quo hæc omnia tui Pontifices & sacrificoli te-  
 nuissent semp̃ tutius, dedissent nobis hunc septimum  
 fructum. Adegissent eo omnes & reges & populos, ut  
 se & cuncta sua regna, & ditiones ipsis, ut item Pighi-  
 us docuit eos debere facere, ultro addixissent, & tamē  
 illa loca gratuitorum beneficiorū ab eis rursus recepisse-  
 sent, atq; uectigalia ipsis fecissent, uti Anglus, & alii  
 quidam Reges fecerunt. Itaq; sua regna & ditiones  
 reges & principes possedissent, non cōmuni feudorū  
 iure & libertate, sed ea poti⁹ lege & cōditione, ut quos-  
 tiescunq; his terrenis Dñs, Rom. Pontificibus, ut quos-  
 tuissent nepotibus suis, aut cui uisum esset, nulla rati-  
 one reddita, nullo p̃misso iudicio. Quid: illud uerum  
 conditionum, atq; regnorum omnium dominium, quod  
 Christi Dñi pprium est, Pontifices, ut Pighius, & alii  
 quidam adulescentes debent eis, dogmatizare audent,  
 usurpare cepissent, hoc est rebus omnibus pro sua libe-  
 bidine, tanq; proprijs abuti, nec ueris possessoribus  
 in illis

## CALL. DISPEN. PROHIBENDO.

in illis iuris reliquissent, quæ infinitæ ipsorum cupiditati  
fuisset reliquum: Quid? Effecissent, quo & in eo Chri-  
sto se parificassent, ut omnes se & sua omnino abne-  
gare, & pro ipsorum libidine perdere oportuisset, res,  
corpora & animas. Hi fructus illi sunt, quos Pon-  
t. Rom. cum suis adulatoribus nobis tulissent, si non  
Dominus misertus populi sui, luxuriam istam nimi-  
am horum cadrorum libani ad flatum Euangelij sui  
repressisset, & tyrannidem hanc sese iam supra omne  
quod Deus dicitur, & colitur in immensum efferen-  
tem, uirga regni sui, uerbo omnipotenti suo, coercuis-  
set. Verum reuertemur nunc ad institutum nostrum.

**QUARTA CONTROVERSIAM**

*Principalis, De autoritatibus Canonis Gelasij, com-  
perimus. D. Chrysostomi, & Cypriani: an faciant con-  
tra sacramenti calicis sacrilegium, nec ne.*

Superest iam quartus locus inter nos contro-  
uersus. Ad refutandum tuorum Pontificum sa-  
crilegium, quod admittunt, prohibendo dispensatio-  
nem calicis, Adduxeram Canonem comperimus,  
Authoritatem item Chrysostomi, & Cypriani. Tu  
uero contendis nec Canonem istum, nec has .S. Pa-  
trum autoritates nostram sententiam adiuuare: Cy-  
priani sententia putas eam etiam premi. De his igitur

P uidea-



LIB. I.

AUTORITAS GELASII

uideamus q̄ uerifimiliter ea afferas, & primum, De  
Canone Gelasij.

Canonem hunc scribis, primum pertinere tantum  
ad sacerdotes, nō etiam ad laicos, & si ad laicos quoq̄  
ptineret, tñ non p̄bari p̄ eum quicq̄ p̄ hoc tempore,  
licut nec per authoritatem Chrysofomi, uel Cypria-  
ni. Tametsi. n. horū patrum temporibus consuetudo  
dispensandi calicis in Ecclesijs obtinuerit, tñ in Eccle-  
sijs occidentalib. eam ante multa sæcula mutatam esse.  
Primū itaq; de Canone, mox de authoritate Chryso-  
fomi, postremo de authoritate Cypriani respōdebo.

Quid ualeat Canon Gelasij, Comperimus de Con.  
Dist. I. Cap. XXXIX.

Canonem ergo rogo te ut consideres, repressis  
scilicet nō nihil cupiditate uincendi, q̄b. uerbis  
p̄scriptus sit, sic enim habent. Comperim⁹ autem, q̄  
quidam sumpta tantūmodo corporis sacri portione  
a calice sacri cruoris abstineant, qui p̄culdubio (q̄m  
nescio qua superstitione docent⁹ adstringi) aut integra  
sacramenta p̄cipiant, aut ab integris arceant: quia dicit⁹  
uisio unius eiusdemq; mysterij sine grandi sacrilegio  
non potest peruenire.

Vides de percipientib. sacramenta, & ijs, qui a sac-  
ramentis arceri debeant, Canonem loqui, quibus  
scilicet

## CONFIRMAT CALI. DISPEN.

scilicet uerbis loqui tum solebant, de ijs quibus sacramenta dispensabantur: non de sacrificantibus, aut Missas facientibus, uel celebrantibus, aut ab hoc munere abstinendis, quibus uerbis. S. Patres utebantur, cum uerba facerent de sacerdotib. sacramenta administrantibus. Diuisio igitur huius unius eiusdemq; mysterij, etiam quæ admittitur dispensando sacramentalia laicis grande sacrilegium est auctore Gelasio Pontif. Rom. & qui eo tempore Ecclesiam Ro. administrauit, quo traditiones Apostolicæ adhuc uigebant.

Et cum hic Canon non uiolationem consuetudinis eo tempore obtinentis, sed diuisionem unius eiusdemq; mysterij sacrilegio damnet, & diuisionem quæ committitur cum sumpta portione sacrati corporis, a calice sacrati cruoris abstinetur. Certum est sensisse auctorem huius Canonis, hanc ipsam unius & eiusdem sacramenti diuisionem per se esse sacrilegam, eoq; nullo tempore non grandi cum sacrilegio admitti. Etenim si a consuetudine tantum dispensatio sumpti calicis penderet, ut tu contendis Latome, consuetudinis transgressio damnari sacrilegio nõ potuisset. Atq; ille non Ecclesia hac in re auctoritatem uiolari, sed in ipsum sacramentum cõmitti sacrilegium querit.

Hæc ergo qui rite cõsiderauerit, is nunq; dubitabit,

*Gelasius diuisionem sacramenti quolibet Ecclesia tempore sacrilegium iudicauit.*



## LIB. I.

## CHRYSOS. CONFIRMAT

Primum, Gelasium hoc Canone eorum nominationem  
superstitionem condemnasse, quibus cum utraq; sa-  
cramenta administrabantur a sacerdotibus, ipsi ponti-  
fice sacri corporis sumpta, a calice sacri cruoris ab-  
stinebant. Deinde, hanc ipsam superstitionem adeo p-  
se esse sacrilegam iudicasse, ut quæ nullo ecclesiæ tem-  
pore absq; grandi sacrilegio admitti possit. Grandius  
igitur admittunt sacrilegium tui Pontifices, qui hanc  
abstinentiam etiam præcipiunt, & pœnis gravissime  
exigunt.

*De sententia Chrysostomi. Cap. XL.*

*D. Chrysostomi  
sententia.*

I dem & D. Chrysostomi autoritate confir-  
matur, qui ita scripsit. Est ubi nihil differit sa-  
cerdos a subdito, ut quando fruendum est horrendis  
mysterijs, similiter enim omnes ut illa percipiamus,  
digni habemur. Non sicut in ueteri lege, partem quie-  
dem sacerdos commedebat, partem autem populus,  
& non licebat populo participem esse eorum, quos  
particeps erat sacerdos: Sed nunc non sic, uerum  
omnibus unum corpus pponitur, & poculum unum.  
Quin & in præcibus uiderit quis populum multum  
simul offerre.

*Offere præces.*

Animaduerte hic illa, Nō sicut in ueteri lege. Item,  
Sed nunc non sic, uerum omnibus unum corpus p-  
ponitur.

## CALICIS DISPENSATIONEM.

ponitur, & unum poculum. Hæc quicumq; rite penderit, is non poterit inficiari ius istud commune Laicis cum sacerdotibus summandi una idem corpus & idem poculum, cōmemorari a D. Chrysoftomo, tanq̃ propriam conditionem noui testamenti, atq; huius sacramēti: quam ideo retineri a fidelibus Christi si sit necesse tam diu, q̃ diu durabit ipsum testamentum nouum, huiusq; sacramenti usus. Ex quo liquet, q̃ hanc conditionem mutare Episcopis, qui ministri sunt Christi & Ecclesiarum, nullis nec temporibus, nec locis licere potuit, ceu consuetudinem certorum temporis, aut certarum Ecclesiarum, arbitrio præallicet mutabilem. Testamento enim hominis nihil licet hominib. adijcere, nihil detrahere: quantum igit̃ nefas id audere in sacramentū & testamentū Christi:

Perstat igitur & perstabit, apud omnes Deo uere credentes, id quod nos spiritus sanctus docuit p apostolum Paulum, ut ij omnes, qui sunt unus panis, & unum corpus Domini, communionem Christi sumere debeant, pariter unoq; sacramento, idq; omnib. & temporibus & locis, in quibus nomen Christi uere inuocatur, usq; ad finem mundi, donec Dominus ipse ueniat, & hunc suum ritum, sicut & cætera anigmata & specula, omnia uerborum & sacramentorū suorū, in

P in quibus

*Vt Laicis & sacerdotib: idem poculum detur, propria conditio est noui testamenti.*



LIB. I.

D. CYPRI. EXPRESSE CONFIRMAT

quibus scilicet nunc ex parte tantum eum uideamus, eoq; fruimur, ipse cōmutet, clara sui uisione, & pfecta fruitione, qua eum uidebimus, & complectemur sicuti est. Tum enim demum quod pfectum est abolebitur, id, quod ex parte est. i. Cor. xiiij.

*Expensa auctoritas Cypriani. Cap. XLI.*

Autoritate D. Cypriani, quam adduxi, putas Latome, ueritatem doctrinae nostrae de dispensatione calicis nihil adiuuari, alia aut in parte, qua scilicet uestrarum sacrificia Missarum damnamus, claret etiam illam refutari. In quo tu te prodis nimium securus, ne dicam supino animo legisse Cypriani Epistolam. Ostendam igitur tibi ex ipsis D. Cypriani uerbis, quae solide & euidenter adductus per me Cypriani locus, nostrae ueritati adstipuletur. Prius uero de dispensatione calicis, deinde etiam de sacrificio.

Vt ostenderes Cyprianum nobis dispensationem calicis repetentibus non patrocinari, cōfugis primum ad nimium tritum tibi argumentum temporariae consuetudinis, & conseruandae tranquillitatis Ecclesiasticae. Nam quocumque detorquere uerba Cypriani coneris, tamē fateri coges dispensationem calicis, pro qua nos certamus, obseruatam fuisse, ut in Ecclesiastica Cypriani, ita in omnibus Ecclesijs primis illis & uerustissimis.

Deinde

## CALICIS DISPENSATIONEM.

Deinde fingis D. Martyrem, quæ de Calice Dñi scripsit, scripsisse de calice offerendo in sacrificio, non de calice populis dispensando in administratione sacramenti: eoq; illum nobis, qui negamus oblationem fieri in sacra cæna, aduersari, non uobis. Deniq; cõtēdis contra eam sacramenti huius uiolationem illum scripsisse, quam qdam eius tempore admittebant, offerendo aquam in calice pro uino, non contra uos, qui ne aqua quidem calicem administratis.

*Quibus, mala præsentis Schismatis imputanda: & an aliquod Christi præceptum propterea sit prætermittendum. Cap. XLII.*

Scribis igitur de hoc Dñi Martyre, cum singularis olor nouorū dogmatum semp fuerit, unitatemq; Ecclesiæ, & doctrinæ consensum tanti fecerit, ut extra eundem neq; nomen Christianorum, neq; sacramentorū uim ullam esse iudicauerit, non possumpseris mihi, quin si uiueret hodie, qbusq; de rebus q̄tum mali excitaret, animaduerneret, omnia ferret, probaretq; potius, quæ uos rephenditis, q̄ turbari Ecclesiam tanto piculo, nouisq; doctrinis scindi, atq; labefactari, uideret. Hæc uerba tua.

Animaduerte autem tu quæso, quo te abripiat ardor ppugnandi, quæ qualia sunt, nondum pspexisti.

Omnino



## LIB. I.

## D. CYPRI. EXPRESSE CONFIRMAT

An D. Cypri. pae  
cis causa p̄baturus  
fuerit quæ nos re-  
prehendimus.

Omnino n. necesse est, te uel pparum in hoc scriptore  
legisse, aut quæ legisti minime considerasse, si hoc tibi  
uere persuaseris, hunc testem Christi, si hodie uiueret,  
laturum, ac etiam p̄baturum esse potius, quæ nos re-  
prehendimus, q̄; eam admissurum Ecclesiarum per-  
turbationē, quam uos hodie excitatis Euangelij im-  
patientia, non nos Euangelij reuocatione. Ergo ne  
tu putas hunc seuerissimum Episcopum probaturum  
fuisse uestrorum simonias, & sacrilegum ambitum in  
inuadendis Episcopatibus, alijsq; prælaturis, illam  
Episcopalis muneris non modo abiectioem, sed et  
am conculcationem, Doctrinæ & disciplinæ Christi  
tam importunam contaminationem, tam portentosa-  
sam, tam infinitam Idololatriam, & abominandas  
Deo pompas, quas uestri de sacramentis, & alijs suis  
ceremonijs, de statuis, de ossibus mortuorum exci-  
tarunt, & quotidie auxerunt? Hæc enim nos re-  
hendimus, & p̄ his decoris Pontifices dimicant, tan-  
tasq; turbas cient.

Si animaduerteret, inquis, quibus de rebus quanti  
mali excitaretur. Quibus obsecro de rebus? & quan-  
tum mali? Nos nullis de rebus contendimus, q̄; ut ea  
doctrina, ea sacramentorum dispensatio, eaq; discipli-  
na in Ecclesijs restituat, quam Dominus ipse tradidit  
& in-

## DISPENSATIONEM CALICIS.

& instituit: Has ob res uos terram caelo miscetis, con-  
demnatis nos haereseos, ferro, & igni in nos defaui-  
tis: adeo ut legati uestri Rom. Pontificis, colonienfes  
coniturati, & alij hui<sup>9</sup> furoris non pauci scribere & cō-  
sulere palam ausint summis regib. totiq; populo Chri-  
stiani nominis, Turcarum iugum suscipiendum esse  
potius, q̄; ut nostræ doctrinæ, quam constat Christi  
esse, locus detur: eoq; suadent a Turcis inducias, &  
cas quauis indignitate citius esse redimendas, ut inté-  
rim nos conficiamur, q̄; ferēdum, ut Euangelium pu-  
rum Christi, ita ut facit, progrediatur.

*Ob res Christi,  
quanta mala Lar-  
comi colluuiis ex-  
ciat.*

Hæc sane magna mala sunt, & per uos ideo conci-  
tantur, quia nos p̄cepta Dñi restituere elaboramus.  
Præterea, cum sathanæ nihil sit intolerabili<sup>9</sup> q̄; Chri-  
sti doctrinam proferri, excitat ipse & per hæreticos,  
sanæq; doctrinæ uitiatore, mala multo nocentiora,  
quorū furoribus ille abutitur, non solum ad illaquean-  
das & perdendas innumeras animas, sed etiam ad in-  
sumendam cum professionem scripturarū, quam &  
isti eius ministri, quanq; falso, eandem tñ nobiscum  
iactāt, tum & reiectionem tyrānidis Antichristi Ro-  
mani, quam item ut nos, sed alio q̄; nos animo, illi  
abjiciunt. Hæc certe tanta mala omnino de reb. ex-  
citantur, quas nos in uobis reprehendimus, quasq; ex  
præceptis



**LIB. I.**

**D. CYPR. EXPRESSE CONFIRMAT**

*Quibus ascribitur de  
beat. rerum prae-  
dicto, & haereses  
que existunt, quor-  
umque per pios  
ueros, de restituenda  
uerar. religione agi-  
tur.*

præceptis Dñi restituere in Ecclesijs molimur, sed exci-  
tantur non per nos, sed per Satanam, & eius satelli-  
tes, ita ut eadem mala p eundem satanam, & eiusdem  
administratos suos excitabantur, cum Propheta, cum  
Christus ipse, cum apostoli, & eorū ueri successores idē  
negocium restituēdæ religionis moliebant, & agebāt.

Porro ppter hæc uestra, non nostra, mala, tam nō  
licet nos aliquid remittere, nec de rephensione eorū, q̄  
apud uos contra Christi præcepta inuecta sunt, nec de  
studio restituēdi, q̄ tradita nobis sunt a Christo Dño,  
q̄ nihil de utroq; hoc studio remiserunt Christus Dñs,  
Apostoli, horūq; ueri successores, sanctissimi patres,  
propterea, quod Satan, eiusq; mancipia & ipsorū tem-  
poribus, eisdem de rebus, quod mundum scilicet repa-  
henderent, de peccato, iusticia, & iudicio, eadem mala,  
cum corporalis psecutionis ac sauitiæ contra sanctos  
Dei, tum etiam spiritualis furoris per innumeras &  
portentossimas hæreses, concitarunt.

*Non sunt omitten-  
da præcepta Do-  
mini, ne conciten-  
tur furorē Anti-  
christorum.*

Mala facere, Latome, & bona, quæ facere debeas,  
non facere, perinde habetur apud Deum. Mala autē,  
ut inde bona eueniant, faciendā non sunt, igitur nec  
bona omittendā, quæ facere debeas, ut eueniēt mala.  
Restituere quoq; pcepta Christi, arguere mundum  
de peccato, reuocare obedientiam Christi, Ita bona  
sunt

## CALICIS DISPENSATIONEM.

sunt, ut ea ex se nihil quod bona adferant: utcumque satan  
semper soleat, cum hæc bona extant, & urgentur, præ-  
dicta mala excitare omnia. Id autem ipsi & eius man-  
cipijs attribueadum est, non nobis, non doctrinæ sa-  
cræ, non ei sacramentorum administrationi, quam Dominus  
ipse nobis instituit.

En, quo te obsecro periculo perturbari Ecclesiam  
Dei, quibus nouis doctrinis scindi, aut labefactari eam,  
hinc metuas, quod antiquum nos non nouum, & tam  
sollicitè tot sæculis obseruatum institutum Domini in  
celebranda cæna eius restitimus: Non omnibus, di-  
ces, probatur ista restitutio, præcipue cum Synodus  
generalis eam nondum comprobarit. Cum itaque uos  
institutum hoc Domini recipitis, alij renjciunt, nascitur  
quædam in ecclesia rituum dissimilitudo, & deformi-  
tas, indeque excitatur schismata, labefactatur cõmunis  
disciplina, ostium aperitur quibuslibet factionibus &  
sectis contra Ecclesiæ consensionem. Verum hæc ac-  
cidunt incommoda, & excitantur contra Ecclesiam  
Christi per Satanam omnia, & excitantur ab eo occasi-  
one nostræ obedientiæ, quam Christo Domino præstamus, &  
præstandam docemus. Sed quid uis ut nos contra fa-  
ciamus, qua placet ratione hæc nos incommoda auer-  
tere: ut præcepta Christi uobiscum contemnamus,

Quod dum



*134*  
**LIB. I.**

**D. CYPR. EXPRESSE CONFIRMAT**

dum parere illis uestræ synodi admittant & comprobent? At fas non est, nos auctoritatem Christi, tyrannidi postponere Antichristorum: Morti æternæ & gehennæ ipsi nos addicimus, si quæ scimus nobis præcepta a Domino negligamus, ne offendamus nationem istam prauam & adulteram Tyrannorum Ecclesiasticorum, aut etiam uniuersi orbis, Confitendus. n. est nobis Christus, & semp̄ & coram omnibus, Dominum esse omnium, non ore tantum, Sed etiam omni uita nostra, ad eius obsequium comparata, aut ille nos quoq; abnegabit coram patre suo & Angelis eius, sanctisq; omnibus. Illud igitur perpetuo & tenacissime nobis tenendum: transeant cælum & terra, & maneat uerbum Domini: pereat mundus, & fiat iusticia. i. quod iubet Dominus. Pacem querere & colere summo studio cum omnibus hominibus debemus, sed quam dat Christus, non quam mundus: curandum nobis est, ut placeamus omnibus. sed ad bonum, & edificationem, aliter qui placere student hominibus. serui Christi esse non possunt. In confessione Ecclesiarum pertra omnia ea offendicula quæ per Satanam, & eius mancipia, propter nostram obedientiam, quam Dño constanter præstamus, consolari debet: quæ ea non nobis, qui

*Quæ pax & concordia p̄p̄s, & quæ tenus querenda.*

*Rom. xv.  
Galat.*

## CALICIS DISPENSATIONEM.

qui commodum & salutare omnibus iugum Christi in nos rursus recepimus, & alios ut idem in se admittant hortamur: sed uobis qui iugum hoc tam pertinaciter rejicitis, & ut nos quoque ab eo retrahatis, nihil maiorum non tentatis, molimini, commuetis, imputari debent.

*Quid D. Cyprianus tribuerit longinquæ consuetudini contra uerbum Dei, in administratione cænæ Dominiçæ. Cap. XLIII.*

Sed ad auctoritatem D. Cypriani: Fuit ille omnino singularis os nouorum dogmatum, consensionisq; Ecclesiasticæ uindex acerrimus, atque eo ipso, si hodie uiueret, nostrum institutum approbaret, uestrum reprobaret. Constat .n. nos sequi dogma & institutum Christi uetus, eoq; cum Christo ipso, Apostolis, totaq; Ecclesia ueterum consentire: Vos autem nouum persequi hominum cōmentum, eoq; ut a Christo Domino & Apostolis, ita ab omni uera Ecclesia Christi, quæ fuit unq; aut hodie est, dissentire. Sed putas D. Cyprianum tributurum aliquid esse si hodie uiueret, iudicio tanti temporis, & consuetudini longissimæ. Audi ergo ipsum, quid de temporis longi iudicio, & diuturna consuetudine iudicari, cum constat diuersum institutum ac iussum a Dño esse.



LIB. I.

D. CYPRI. EXPRESSE CONFIRMAT

In ea ipsa Epistola, quam contra Aquarios scripsit, eos, qui quadam sobrietatis superstitione aquam in calice Domini pro uino ministrabant.

Quod D. Cypri-  
anus de longi  
temporis consue-  
tudine sentiat,  
contra clara  
Christi praecep-  
ta

Quod si a Domino praecipitur, & ab Apostolo et  
hoc idem confirmat & traditur, ut quotiescumque bibe-  
rimus, in commemorationem Domini hoc faciamus, quod  
fecit & Dominus, inuenimur non obseruare, quod nobis  
mandatum est, nisi eadem quae Dominus fecit, nos quoque  
faciamus, & calicem pari ratione miscentes a diuino  
magisterio non recedamus. Ab Evangelicis autem  
praecipitis omnino recedendum non esse, & eadem quae  
magister docuit, & fecit, discipulos quoque obseruare  
& facere debere, constantius & fortius, alio in loco be-  
atus Apostolus docet, dicens. Miror quod sic tam cito des-  
mutamini ab eo qui uos uocauit in gratiam, ad aliud  
Euangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui  
uos turbant, & uolunt conuertere Euangelium Christi  
sui. Sed licet nos, aut angelus de caelo, aliter annuncia-  
et, praeterquam quod annunciauimus uobis, anathema  
sit. Sicut praediximus, & nunc iterum dico, si quis uos  
bis annunciauerit praeterquam quod accepistis, anathe-  
ma sit. Et post quaedam.

Non est ergo frater charissime, quod aliquis existit  
met sequendam esse quorundam consuetudinem, si  
qui

qui in p̄teritum, in calice Dominico aquā solam of-  
 ferendam putauerunt. Quarendum est. n. ipsi quem  
 sint secuti. Nam si in sacrificio quod Christus est, non  
 nisi Christus sequendus est, utiq; id nos obaudire &  
 facere oportet, quod Christus fecit, & quod faciendum  
 esse mādauit, cum ipse in Euangelio suo dicat: Si fece-  
 ritis quod mando uobis, iam non dico uos seruos, sed  
 amicos. Et quod Christus solus debeat audiri, pater  
 etiam de coelo contestatur, dicens: Hic est filius me-  
 us dilectissimus in quo bene fensi, ipsum audite.  
 Quare si solus Christus audiendus est, non debemus  
 attendere quid aliquis ante nos faciendum putauerit,  
 sed quid, qui ante omnes est, Christus prior fecerit.  
 Neq; enim hominis consuetudinem sequi oportet, Non hominis con-  
suetudo, sed Dei  
ueritas sequenda  
Esaię xxxiij  
 sed Dei ueritatem, cum per Esaiam Prophetam De-  
 us loquatur, & dicat: Sine causa aut̄ colunt me, man-  
 data & doctrinas hominum docentes. Et iterum  
 Dominus in Euangelio hoc idem repetat, dicens: Maub. xxi  
 Rescitis mandatum Dei, ut traditionē uestram sta-  
 tuatis. Sed & alio in loco ponit, & dicit: Qui solue-  
 rit unum ex mandatis istis minimis, & sic docuerit  
 homines, minimus uocabitur in regno cælorum. Præcepta de ser-  
uandis mandatis  
& gratia  
 Quod si nec minima de mādati Dominicis licet sol-  
 uere, quanto magis tam magna, tam grandia, tam  
 ad ip-



## LIB. I.

## D. CYPRI. EXPRESSE CONFIRMAT

122.  
 ad ipsum Dominicæ passionis, & nostræ redemptionis  
 sacramentum pertinentia, fas non est infringere  
 aut in aliud, q̄ quod diuinitus institutum sit, humana  
 traditione mutare. Nam si Iesus Christus Dominus,  
 & Deus noster ipse est summus sacerdos Dei patris,  
 & sacrificium Deo patri ipse primus obtulit, & hoc  
 fieri in sui cōmemorationem præcepit, utiq; ille sacerdos  
 uice Christi uere fungitur, qui id quod Christus  
 fecit imitatur. Et sacrificium uerum & plenum tunc  
 offert in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre, scilicet  
 cundum quod ipsum Christum uideat obtulisse. Ceterum  
 terum omnis religionis & ueritatis disciplina subueni-  
 titur, nisi id quod spiritualiter præcipitur, fideliter ser-  
 uetur. Et rursus. Et quia passionis eius mentio-  
 nem in sacrificijs omnibus facimus ( Passio est enim  
 Domini sacrificium quod offerimus ) nihil aliud, quam  
 quod ille facit, facere debemus. Scriptura enim dicit  
 Quotiescunq; enim ederitis panem istum, & calicem  
 istum biberitis, mortem Domini annunciabitis, quo  
 ad usq; ueniat. Quotiescunq; ergo calicem in cōme-  
 morationem Domini, & passionis eius offerimus, id  
 quod constat Dominum fecisse, faciamus. Et ideo  
 frater charissime, si quis de antecessoribus nostris, uel  
 ignorāter uel simpliciter nō hoc obseruauit & tenuit  
 quod

## CALICIS DISPENSATIONEM.

quod nos Domin<sup>9</sup> facere exemplo & magisterio suo  
 docuit, potest simplicitati eius de indulgentia Domi-  
 ni uenia concedi, nobis uero non poterit ignosci, qui  
 nunc a Domino admoniti, & instructi sumus, ut ca-  
 licem Dominicum uino mixtum, secundum quod  
 Dominus obtulit, offeramus. Et de hoc quoq; ad  
 collegas nostros literas dirigamus, ut ubiq; lex Euā-  
 gelica & traditio Dominica seruetur, ut ab eo quod  
 Christus & docuit & fecit, non recedatur. Quæ ultra  
 iam contemnere, & in errore pristino perseverare, qd  
 aliud est q̄ incurrere in obiurgationem Domini in-  
 crepantis in Psalmo, & dicentis: Ad quid exponis iu-  
 stificationes meas, & assumis testamentum meum p  
 os tuum? Tu autem odisti disciplinam, & abiiecisti  
 sermones meos retro. Si uidebas furem, concurrebas,  
 & inter mœchos particulam tuam ponebas. Expo-  
 nere enim iustificationes, & testamentum Domini,  
 & non hoc idem facere quod fecit Dñs, quid aliud est,  
 q̄ sermones eius abiicere, & disciplinam Dominicam  
 contemnere: nec terrena, sed spiritalia furta & adul-  
 teria committere, dum quis de Euangelica ueritate  
 furatur Domini nostri uerba, & facta: & corrumpit,  
 atq; adulterat p̄cepta diuina, sicut apud Hieremiam  
 scriptum est, Quid est, inqt, paleis ad triticum? ppter

R hoc

*Nobis non poterit  
ignosci.*



LIB. I.

D. CYPRI. EXPRESSE CONFIRMAT

hoc ecce ego ad prophetas, dicit Dominus, qui furantur  
uerba mea unusquisq; proximo suo, & ledunt  
populum meum in mendacijs suis, & in erroribus  
suis. Item apud eundem alio loco: Et mœchata est,  
inquit, lignum, & lapidem, & in his omnibus non est  
reuerſa ad me. Quod furtum & adulterium ne in nos  
etiam cadat, cauere ſolicite & timide, ac religioſe ob-  
ſeruare debemus. Nam ſi ſacerdotes Dei, q̄ Deum  
ſti ſumus, non inuenio quem magis ſequi, q̄ Deum  
& Chriſtum debeamus: cum ipſe in Euangelio maxime  
me dicat: Ego ſum lumen mundi, qui me ſequutus  
fuerit, non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen  
uitæ. Ne ergo in tenebris ambulemus, Chriſtum ſe-  
qui, & præcepta eius obſeruare debemus, quia & ipſe  
alio in loco mittens Apoſtolos dixit: Data eſt mihi  
omnis poteſtas in cælo & in terra. Ite ergo docete  
gentes omnes, tingentes eos in nomine patris, & ſpi-  
ritus ſancti: Docete eos obſeruare omnia quæ  
cunq; præcepi uobis. Quare ſi in lumine Chriſti am-  
bulare uolumus, a præceptis eius & monitis non re-  
cedamus, agentes gratias, quod dum inſtruit in futu-  
rum quid facere debeamus, de præterito ignoſcit quod  
ſimpliciter errauimus. Et quia iam ſecundus aduene-  
tus nobis appropinquat, magis ac magis benigna  
eius

## CALICIS DISPENSATIONEM.

eius & larga dignatio corda nostra luce ueritatis illu-  
minat. Religioni igitur nostræ congruit & timo-  
ri, & ipsi loco atq; officio sacerdotij nostri frater cha-  
rissime, in Dominico calice miscendo, & offerendo  
custodire traditionis Dominicæ ueritatem, & quod  
prius apud quosdam uidetur erratum, Domino mo-  
nente corrigere, ut cum in claritate sua & maiestate  
caelesti uenire cæperit, inueniat nos tenere quod mo-  
nuit, obseruare quod docuit, facere quod fecit. Hæc  
Cyprianus.

In his uerbis obserua, quæ D. Martyr proponat  
disputationis suæ axiomata, ex quibus tanq; in Ec-  
clesijs Christi apud omnes pios receptis & confessis,  
id docere & concludere uoluit, quod instituerat. Pri-  
mum est: in hoc sacræ cænæ sacrificio non nisi Chri-  
stum sequendum esse, & id audiendum, atq; facien-  
dum, quod Christus fecit, & faciendum mandauit. Et  
qui non Deum & Christum in his ante omnes sequa-  
tur, eum nec Dei & Christi esse sacerdotem, stare quo-  
q; eum & ambulare in tenebris.

Alterum, ita solum Christum in his nobis esse au-  
diendum, ut non attendamus quid aliquis ante nos  
faciendum putauerit, sed quid, qui ante omnes est,  
Christus prior fecerit. Neq; enim hominis consuetu-

*In sacra cæna so-  
lus Christus & se-  
quendus & audi-  
endus, nemo homi-  
num.*

*Attendendum  
quid Dominus fe-  
cit, non quid homi-  
nes.*



LIB. I.

D. CYPRIY. EXPRESSE CONFIRMAT

dinem sequi oportere, sed Dei ueritatem.

Tertium, nisi ita faciamus, nos Deum frustra colere mandatis & doctrinis hominum, & rejicere m<sup>a</sup>-datum Domini ut traditionem humanā statuamus.

*Præcepta Eucharistie qui non sequitur, furum, spirituale & adulterium committit.*

Exponere enim iustificationes, & testamentum Domini, & non hoc idem facere, quod fecit Dominus, nihil aliud esse, q̄ sermones eius abh̄cere, & disciplinā Dominicam contemnere, nec terrena, sed spiritualia furti, & adulteria committere, de Euangelica scilicet ueritate furari, Domini nostri Iesu Christi uerba & facta, & corrumpere, & adulterare præcepta diuina.

*Præceptum calicis non dispensandi magnum & grande.*

Quartum, hæc de externis reb. in sacramentis esse mandata non mininia, sed præcipue magna & grandia, utpote ad ipsum Dominicæ passionis, & nostræ redemptionis sacramentum pertinentia, quæ infringere, aut in aliud, q̄ quod diuinitus institutum sit, humana traditione mutare, magnum nefas sit, quo omnis religionis & ueritatis disciplina subuertitur.

*Syllogismus Cyprianus.*

Vides Latome. D. Cyprianum in his pronuntiatis suis, quæ ex diuinis scripturis collecta, tanq̄ omnia tum Ecclesiæ indubitata, suæ cōclusioni principia posuit, affirmare, præceptum esse a Domino, ut sacerdotes Dei & Christi in Eucharistia administratione omnino hoc idem faciant, & imitent, quod fecit ipse, & facta

## DISPENSATIONEM CALICIS.

& faciendum præcepit, non attento, quid sec<sup>o</sup> obseruarent maiores, aut quid obseruet etiam num hominum consuetudo: & qui aliud facere, quodq; diuinitus institutum est, humana ratione ausint mutare, eos nec sequi Christum, nec Christi summi sacerdotis uice fungi, non præstare se sacerdotes Dei & Christi, ambulare in tenebris, rejicere, furari, corrumpere, & adulterare Dei magna & grandia præcepta, ad ipsum adeo Dominicæ passionis & nostræ redemptionis sacramentum, tantopere pertinentia.

Atqui constat Christum Dominum sanguinem suum discipulis distribuisse, sacramento calicis, atq; hoc ipsum quod ipse fecit, facere discipulis suis mandasse.

Qui ergo hoc, cum sacram Domini cænam instituant celebrare non obseruant, & calicem præsentibus non distribuunt, quamcunq; maiorum auctoritatem, quælibet diuturnam hominum in eo consuetudinem sequantur, ij tamen, sicut aperte hoc idem quod fecit Dominus, & faciendum esse mandauit, non faciunt, ita auctoritate tam Cypriani, quàm Ecclesiæ catholicæ, quæ fuit Cypriani temporibus, nec sunt sacerdotes Dei & Christi, nec Christi uice funguntur, Christum non sequuntur, in tenebris ambulant, præcepta Dei & ea non leuia, ut tu existimas, sed magna & grandia, ad



*LIB. I.*

*139.*  
D. CYPR. EXPRESSE CONFIRMAT  
ipsum scilicet Dominicæ passionis, & nostræ redemp-  
tionis sacramentum magnopere pertinentia, infrin-  
gunt, humana traditione mutant, reijciunt, furantur,  
corrumpunt, & adulterant. Hæc tribuit Ecclesiæ Dei,  
qui eandem Christi & Antichristi Ecclesiam potest  
credere.

En habes Latome, qd Cyprianus tribuat longissia  
mi temporis iudicio, diuturnæ cōsuetudini, quid au-  
thoritati maiorz, ubi constat diuersum esse institutum  
& p̄ceptum diuinitus, quid paci atq; unitati Ecclesiæ  
sticæ, quæ hominum traditionibus, non p̄ceptis diuina  
nis innitit̄.

Eandem, de humana authoritate, & consuetudine  
discedente a præceptis Domini, sententiam, non mie-  
nus Ecclesiæ Dei catholicæ, q̄ suam idem Cyprianus,  
fidelis Ecclesiæ minister, etiam alijs in locis præclare  
adserit: testatus, consuetudinem sine ueritate, uetustate  
tem esse erroris. Et si in aliquo mutauerit, & uer-  
cillauerit ueritas, ad originem Dominicam, & Euanga-  
gelicam & Apostolicam traditionem esse reuertenda-  
dum, ut inde surgat actus nostri ratio, unde & ordo &  
origo surrexit. Quemadmodum si canalis aquæ deficiat,  
ad fontem p̄git̄, ut illic defectionis ratio noscat̄.

Hinc cernis ergo refutatum illud tuum cōmētum,  
D. Cypr.

*In Epistola ad  
Pompeium, contra  
Epistolam Ste-  
phani,*

*Quoties recessum  
fuerit ab institutis  
Domini, ad ipsam  
Domini & Apo-  
stolicam traditio-  
nem recurrendum.*

## CALICIS DISPENSATIONEM.

D. Cyprianum dispensasse quidem e sacra cæna calicem Domini, sed id fecisse ideo, q̄ sic tulerit sui temporis consuetudo, eoq; nunc si uiueret, etiam diuersarum hominum consuetudini, abiecta Dei ueritate, acq̄eturum esse, p̄pter iudicium scilicet longi temporis, auctoritatemq; maiorū, & p̄pter pacem atq; unitatem cum illis conseruādā, q̄ reiecerunt mandatum Dñi, ut suam statuerent traditionem.

Nemo .n. non uidet ex his ipsis D. Cypriani uerbis, quæ adscripsim⁹, hunc uirum & martyrem Christiani hoc sensisse, atq; docuisse, & in eo sententiam Ecclesiæ catholicæ tenuisse, atq; adseruisse nobis, sicut in omnibus rebus alijs, ita in sacramentis longe maxime, nullam hominum consuetudinem, sed ipsa Domini & uerba & facta esse requirenda, & sequenda. Et qui secus faciant, eos non esse sacerdotes Christi, nec eius fungi sacerdotio, sed spirituale admittere furtum & adulterium, furari scilicet, corrumpere & adulterare uerba & facta Christi.

*Sententia D. Cypriani, scripta in eos, qui in calice Domini aquam administrabant p̄ uino, grauius damnari eos, q̄ calicem Domini omnino nō dispēsāt. Ca. XLIIII.*

**S**ed dicis D. Christi martyre hæc scripsisse in eos qui in sacrificio aquam p̄ uino offerebāt, nō in

*Effugium L. ad  
mi misericordiam*

**eos,**



LIB. I.

D. CYPR. EXPRESSE CONFIRMAT

133.  
eos, qui calicem e mensa Domini non dispensabant. Recte, nec enim erant tum, qui tantum ausi sacrilegium fuissent, ut omnem calicis dispensationem Ecclesijs, plebi Christi eriperent, tantum stulta quadam sobrietatis superstitione inducti, & putantes tecum, Latome, leuia esse Domini præcepta de externis reb. in sacramentis, atq; aquæ symbolo, idem quod uini representari posse, aquam pro uino in calice Domini administrabant, uerba interim Domini ad calicem dicta, in quibus uis sacramenti maxima continetur, Ecclesijs fideliter exhibentes: quæ ipsa quoq; tui sacrificuli suo spiritali adulterio & furto Ecclesijs subtraxerunt.

Hæc sane te ausum esse scribere, dicta Cypriani contra Aquarios, non multo magis contra uos ualere, qui totum sacramentum calicis Ecclesijs abstulistis, cum illi tantum materiam sacramenti mutarunt, uinum, aqua, miror admodum, cogitans te aliquando artem logicam publice esse professum, nisi scirem, in quem sensum tradat Dominus eos, qui suam audent doctrinam oppugnare. D. Cyprianus cum uellet demonstrare quod grauiter peccarent isti Aquarij, medio argumento uti uoluit uniuersali, eo scilicet, Recessu & declinatione a facto & iussu Christi, cum in cæteris rebus

Ob humanam auctoritatem uel consuetudinem recedere a uerbis & factis Domini in re qualibet, impium.

bus omnibus, tum p̄ceptis, & nominatim in hoc ipso sacramēto, p̄pter humanā authoritatē & cōsuetudinē ipsos peccare, Et huic recessui, & declinationi a uerbis & factis Dñi, huic instituti Christi mutationi p̄pter humanam traditionem, probauit per scripturas inesse illa omnia: tam horrendam reiectionem mandati Christi, spirituale furtum, & adulterium, eoq; & reiectionem sacerdotij Christi. Hæc ergo si non insunt in qualibet mutatione instituti Dominici, & circa hoc ipsum, & circa quodlibet aliud sacramentum, nobis a Domino ipso cōmendatum, & in unaquaq; deflectio-  
ne ab eo, quod Dominus & fecit, & nos facere iussit, quæ quidem deflectio propter humanam fiat authoritatē, & consuetudinem, deest profecto conclusio-  
ni D. Cypriani propositio uniuersalis, atq; adeo conclusio illa non est. Id uero nemo nisi artis logicæ plane imperitus, aut omnino impudens tanti martyris Christi contemptor, dicet: Siquidem quæ D. Christi martyr hic scripsit aliqua cum attentione legerit.

Sed quid opus uerbis? Quis est omnino hominū, qui istis de reb. possit statuere, qui non agnoscat ipse, multo grauius admitti sacrilegium ab ijs, qui omnino nullum poculum e mensa Domini administrant, quam admiserant olim ij, qui aquæ poculum p̄ uino  
S admini=

*Plus uiolat sacramentum qui nullum omnino, q̄ qui aquæ tantum poculum in Eucharistia admistrat.*



LIB. I.

D. CYPRI. EXPRESSE CONFIRMAT  
administabant, cum in aqua tñ aliqua symboli be-  
bendi sanguinis Christi ratio sit, quæ nulla reliqua sit,  
cum plane nihil potus exhibet: ac quod deterrimum  
& nocentissimum est, ipsa præterea Domini uerba,  
uerba plena summæ consolationis, & salutaris doctri-  
næ profus tolluntur.

*Singularis Latomi negligentia, negatis D. Cyprianum  
de dispensatione calicis scripsisse, sed tantum de eius  
oblatione. Cap. XLV.*

A t uero supest tibi Latome adhuc aliud effugit  
D. Cyprianum ais hoc scripto suo reprehendisse  
mutatam calicis, non dispēsationem, sed oblationem.  
Nam dispēsationem sacramentorū uos ab oblatione,  
& sacrificio eorū seiungitis, & oblationem sacrationem,  
dispensatione facitis: Vis igit̄ q̄ scripta sunt a D. Cyp.  
in mutatum calicem, ad oblationem tantum eius, nō  
etiam ptinere ad eius dispensationem. Ita uoluit Dns  
ut tuam audaciam & incōsiderantiam pderes: sic. n.  
scripsisti.

*Latomus.*

Quand̄ illud mirum est, tanto studio te summi illi  
lius uiri autoritatem mihi opponere uoluisse, nec uis  
disse interim locum illum, non solum nihil facere cō-  
tra me, sed obiter etiam incurrere in aliud dogma, uis  
num de calice Dominico offerendo.

*Illud*

## CALICIS DISPENSATIONEM.

Illud magis mirum est Latome, ijs duntaxat, qui te doctum, & bonum uirum iudicabant, quod cum institueris nobiscum decertare de sententia, non tam D. Cypriani, q̄ Ecclesiæ uniuersæ, & tñ non induxeris in animum tuum, ut uel unam hanc Cypriani epistolâ, ex qua uersus tam multos adscripseram, totam perlegeris, aut si perlegeris, non animaduertaris, q̄ dispensatio sacramentorū a sacrificio & oblatione sacræ canæ, tempore illo, sicut & diutissime postea in uniuersa Ecclesia seiuncta non fuit, ut qua oblatio & sacrificium p̄ficietur, de quo mox plura dicemus.

*Latome Epistola  
lam Cypriani ex  
qua p̄gnat, aut non  
legit ab initio, aut  
legit sine mensura.*

Deinde illud in te non admiratione tñ, sed graui etiam reprehensione dignum est, quod cum uolueris exclamare de magna plaga quam acceperim ex hac Cypri. Epistola, ex eo, quod illa non de calice laicis p̄bendo, ut tu eam falso interpretaris, sed miscendo in sacrificio, & a sacerdotib. offerendo disputet, nec saltem initium hui⁹ Epistolæ legere, uel attēte legere sustinueris. His .n. uerbis D. Martyr ab initio Epistolæ ipse p̄posuit, qua de re uoluerit disputare. Quanq̄ sciam frater chariss. Ep̄os plurimos Ecclesijs Dominicis in toto mūdo diuina dignatione p̄positos euāgelicæ ueritatis ac Dñicæ traditionis tenere rationē, nec ab eo q̄ Chr̄us magister & p̄cepit & gessit, hūana & nouella

S ij instituta



LIB. I.

D. CYPR. EXPRESSE CONFIRMAT

- Et plebi ministrando.
- „ institutione decedere, tamen quoniam quidam uel
  - „ ignoranter, uel simpliciter in calice Dominico sanctificando, & plebi ministrando, non hoc faciunt, quod Iesus Christus Dominus & Deus noster sacrificij huius
  - „ ius autor, & doctor, fecit & docuit: religiosum pariter
  - „ ac necessarium duxi, de hoc ad te literas facere, ut si quis in isto errore adhuc tenebatur, ueritatis luce perspecta ad radicem atq; originem traditionis Dominica reuertatur.

Nota. Radix & origo omnium in Ecclesia agendorum est Domini traditio.

Hic uides D. Christi Martyrem non minus de calice Dominico plebi dispensando, q̄ sanctificando, adeoq; offerendo disputare uoluisse. Et tu ausus es scribere hunc uirum Dei non disputare hoc loco de calice Laicis præbendo. Quid igitur? plebs tum non erant Laici?

Primi libri Epistolæ,

HAEC modo satis sint hac de re, Nam omnibus animos doctrinae & ueritatis Christi capaces (utinam & tibi) per hæc, qualiacunq; sunt, quæ hucusq; attulim⁹, uos sacrilegio truncatae Eucharistiae omnino condemnari, abunde demonstrauim⁹, sicut claris & euentibus uerbis Domini, omniscq; ueteris ecclesiae testimonijs & præiudicijs, ita etiam his, quas adduxeram autoritatibus, Gelasij, Chrysostomi, & Cypriani. Adeoq; planum fecimus, te nostram ortho-

## DISPENSATIONEM CALICIS.

thodoxam & catholicam Ecclesiæ Christi sententi-  
am, eiusq; demonstrationem, ex necessarijs & eui-  
dentibus principijs religionis nostræ conclusam, te-  
quidem confutare & reprehendere esse conatum, sed  
nihil minus q̄ hoc præstitisse: perstareq; & perstitu-  
ta in omnium animis, qui uerbis Dei firmam pos-  
sunt fidem habere, ea omnia, quæ contra te, & alios  
reuocati Euangelij Domini nostri Iesu oppugno-  
res defendenda suscepi.

Primum, remotionem dispensandi calicis e mensa  
Domini omnibus fidelib. Christi, Ecclesiæ Dei nullo  
modo, sed introductionem huius truncationis Eu-  
charistiæ, necessario esse tribuendam temeritati & su-  
perstitioni imperitorum & irreligiosorum sacrificulo-  
rum, & pontificum: confirmationem uero ei⁹, & de-  
fensionem, rebellionem contra Christum, & furori pla-  
ne Antichristiano, eorum Pontificum, qui se iam sub  
nomine uicariorum Christi palam supra Christum, &  
omne, quod ut Deus colitur, extulerunt.

Deinde, Ecclesiam Christi, cum a nullis Dei sui p̄-  
ceptis, tum a præceptis ceremoniarum, & sacramen-  
torum omnium minime recedere, immo id, & omnes  
quicunq; id docent, aut suadent, habere anathema.

Præterea p̄ceptum dispensandi calicis ita esse nobis



a Domino nostro Iesu Christo traditum, ut illud non certo tantum tempore, sed ad finem usq; mundi summa religione obseruare debeamus. Deinde causas quas tu subindicas, cur cōuenerit dispensationem calicis a mensa Dñi tollere, indignas esse, quæ a Christiano homine memorentur, unde nec ipse illis fidere ausus es.

Tum non nos, repetendo hoc Domini p̄ceptum, de calice e mensa eius distribuendo, sed uestros Pontifices, obsistendo, ne Domino in hoc, & alijs p̄ceptis eius paream⁹, causam dedisse, & dare p̄sentis schismatis, omniumq; eorū malorū, quæ ex eo schismate non ad Germaniam modo, sed uniuersam Rempub. p̄uenierunt, & perueniunt. Nec ullius etiam humane cōsensionis aut utilitatis causa, ab ullis Dñi p̄ceptis ullatenus esse deflectendum.

Deniq; sicut auctoritatem eorum .S. Patrum, quorum adduxi testimonia, ita omnium stare omnino a nobis contra uos.

In quibus & hoc manifestum fecimus, te in omni tua disputatione & rhetoricatione nulla prorsus niti, nec auctoritate idonea, nec ratione uerisimili, omnia enim quæ contra nos attulisti, hoc uno, non tam absurdo, q̄ impio argumento innituntur.

## PRIMI LIBRI.

Quicquid, qua temeritate, qua impietate, semel in publicum fuerit usum sacrificulorum receptum per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, & a Romanis Pontificibus, eiusque Concilijs confirmatum, quatumvis hi manifesti sint Antichristi, cum sacrificuli tum Pontifices, id tamen oportere haberi Christianis omnibus institutum & iussum Ecclesie Christi, eoque & ab ipso spiritu .S. profectum. A quo quicumque, quantumuis aperto Dei precepto adactus, deflexerit, eum recedere ab unitate & communionem Ecclesie, facere schisma, fieri hereticum, & non esse in uiuis tolerandum.

*Fundamentum  
tius theologiae  
romanae.*

ISTA hoc priore libro, iuuante Dño nostro Iesu Christo, magistro unico nostro coelesti, eius auspicio, ductuque spiritus eius, ipsi sit aeterna gloria, clare ostendimus, & auctoritate cum Dei, tum omnis ueteris Ecclesie, denique & euidentissimis rationibus euicimus, & demonstrauimus, quae conuellere tu tunc poteris, cum uerbum Dei aeternum, cum ueritas Christi uincens omnia, cedere poterit paralogismis, & dolis Antichristi. Hic igitur esto primi libri finis.



LIBER SECVNDVS.

Præfatio.

I NSVLTANDVM putasti mihi La-  
tome & satis confidenter, quasi immanem ip-  
se mihi, immo non tam mihi quam Ecclesijs nostris,  
plagam inflixerim, citata D. Cypriani Epistola, in  
qua ille prædicat, in administratione cænæ sacrificium  
offerri Deo patri, cum nos negemus in diuino sacri-  
ficio panem & calicem pro peccatis nostris offeren-  
dum esse. Visum igitur est alterum librum hic subji-  
cere De ueteris Ecclesiæ & .S. patrum sacrificijs, quæ  
ad cænâ Domini offerre solebant, ueris: & de falsis  
uestræ Ecclesiæ uestrorumq; sacrificulor, quæ offerre  
se se Deo mentiuntur in Missis suis.

Quem maxime laborem eo suscepi, quod fere oēs  
uos, qui redeunti regno Christi conatus ingeniorum  
uestrorum obijcitis, iactare singulari confidentia, ne  
dicam impudentia soletis .S. Patrum authoritatem,  
quod ad sacrificium Missarum uestræ attinet, stare  
omnino a uobis contra nos, Quam falsam gloriati-  
onem præ alijs adornare conati sunt mei Colonien-  
Sophistæ, in eo libro, quo piam ueri Episcopi Colo-  
niensis Reformationem suis cum impudentissimis,  
tum uirulentissimis sophismatis & calumnijs cōspue-  
runt, & arroserunt.

## PRAEFATIO.

In quo certe eo suis sophismatis, & adserendi auidacia (nolo enim eos fraudare laude sua) profecerunt, (apud illos duntaxat, qui se ob reiectam dilectionem ueritatis, dignos fecerunt, quibus Dominus mittat, non dilutam tantum sophisticam, sed etiam uim erroris efficacem, ut credant mendacio) ut multi magnas inter hos, spem nonnullam conceperint, Missas uestras retineri posse. Cum itaq; non desint boni alioq; sed minus instituti adhuc in mysterijs Christi, quos ista uestra gloriã de authoritate ueteris Ecclesiã auidacia, nonnihil tamen perturbat, deprauatãq; per uos quãdam ueteris sententiã aliquantulum impediunt, his operam hanc nauare institui, ut ostenderem, idq; ex ipsis .S. Patrum libris.

Primum, quãnam sacrificia uetus Ecclesia, & .S. *Tractanda hoc secundo libro.* Patres ad altare Domini in Eucharistiã administratione obtulerunt.

Deinde, quid intellexerint .S. Patres, aut esse purarint, suum illud offerre, & sacrificare singula illa sacrificia, quã in administratione cãnã Dominicã offerre, & sacrificare solebant.

Præterea pro quibus, & quid per illam cõmodare uoluerint, siue uiuis, siue defunctis.

Atq; huius loci occasione explicare studebo, quid

T

uetus



LIB. II.

SECUNDI LIBRI PRAEFATIO.

uetus Ecclesia p̄ defunctis orarit, & sacrificarit, Quid  
ue his p̄cib. & oblationib. suis p̄ illis uoluerit efficere.  
Tum de Purgatorio, quale inuentum sit, & q̄tum  
mali huius p̄textu inuectum sit in Ecclesiam Dei.

Postremo demonstrabo hæc ipsa ueteris Ecclesie,  
& S. Patrum sacrificia, nos, cum in administratione  
Eucharistie, tum in alijs ecclesiasticis actionib. in qb.  
scilicet id ad fidei ædificationem plus confert, uere of-  
ferre, & sacrificare: Vestros uero sacrificulos illa cuncta  
a Missis suis, omniq; sua administratione, aut prius  
remouisse, aut certe ita peruertisse, ut authoritatibus  
omnibus S. Patrum extremæ impietatis conuincat  
& condemnentur.

Eoq; patefaciam utri, nos an uos, plagam accipia-  
mus ab authoritatibus uel D. Cypriani, uel aliorum  
sanctorum Patrum, quibus canæ Dominicæ sacrifi-  
cium prædicant.

Dominus det omnibus, qui sunt eius, inter quos  
& S. Patribus, missis uestris Missis, uera grataq; Deo  
sacrificia religiose maiestati ipsius offerre, quam cum  
tanta Dei, & Christi nostri contumelia, illa per abo-  
minandas Missas uestras cum Antichristis falso ian-  
tare.

Quæ

Quæ & quot genera oblationum & sacrificiorum habuerit uetus Ecclesia. Cap. I.

P I M V M igitur uideamus, quæ & quot genera oblationum & sacrificiorum uetus Ecclesia afferre consueuerit. Dum uero .S. Patrum & uetustissimorum quidem monumenta euoluimus, ipsæ etiam preces, quæ in administratione cænæ Domini apud Græcos adhuc supersunt, excutim⁹: Quinq; genera oblationum & sacrificiorum commemorari deprehendimus. Primum sacrificium Christi ipsius, & passionis eius, hoc est, corporis & sanguinis eius, cum nobis immolati, tum in cibū & potum uitæ æternæ, symbolis pane & uino a nobis sumendi. Alterum & sanguis Domini exhibetur, sanctificati. Tertium, precum, gratiarū actionis, & laudum Dei, adeoq; ipsius administrationis totius cænæ Dominicæ. Quartum, nostri ipsorum, & populi fidelis. Quintum, munerum quæ a fidelibus conferuntur. De his igitur oblationibus & sacrificijs aliqua .S. Patrum, & ueterum precum testimonia consideremus.

Quid de sacrificijs Ecclesiæ commemoret D. Cyprianus. Cap. II.

Quinq; genera oblationum, & sacrificiorum in cænâ Domini.



**LIB. II.**

**QVID DE SACRIFICIIS D. CYPRI.**

De CHRISTO ipso scripsit D. Cyprianus in Epistola tertia libri secundi, in qua totam prope religionem .S. canæ explicuit.

*D. Cyprianus.*

*Sacrificium Christi ipse.*

Nam si in sacrificio, quod Christus est, Christus sequendus est. De passione eius: Passio est Domini sacrificium quod offerimus.

*Sacrificium passio Domini.*

*Sacrificium panis et uinum, corpus et sanguis Domini.*

De pane & uino, atq; corpore & sanguine Dñi, his symbolis p̄bendis & sumendis. Nam quis magis sacerdos Dei summi, q̄ Dñs noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo patri obtulit? Et obtulit hoc idem, quod Melchisedec obtulerat, id est, panem & uinum, suum scilicet corpus & sanguinem.

De munerib. fidelium scribit in sermone de Eleemosina ad diuitem matronam: Locuples inquit & diues, dominicum celebrare te credis, quæ Corbonam omnino non respicis, quæ in Dominicum sine sacrificio uenis, quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis.

*Sacrificium oblatum a fidelibus ad altare.*

Vide, hic martyr Christi, & Christum ipsum, & passionem eius, tum etiam corp⁹ & sanguinem Dñi, quæ in pane & uino (utar uerbis Cypriani) intelliguntur, & ostenduntur (addimus nos, idq; ex uerbo Domini) exhibentur, panem deniq; etiam & uinum, ac cetera

QVID IRENEVS. DE SACR. ECCLE.  
cetera quæ in usum pauperum ad mensam Dñi a fidelibus offeruntur.

Perspiciamus nunc quid hoc Episcopo & martyre Christi Cypriano, antiquior Episcopus & martyr Christi Ireneus de sacrificio canæ Dñicæ scripserit.

*Quid de sacrificijs Ecclesiæ scripserit D. Ireneus.*  
*Cap. III.*

Hic libro quarto contra hæreses, ista de sacrificio Eucharistiæ scripta reliquit. Sed & suis discipulis dans consilium, primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi, nec infructuosi, nec ingrati sint, cum qui ex creatura panis est, accipit & gratias egit dicens. Hoc est meum corpus. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura, quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem, quæ Ecclesia ab Apostolis accipiens in uniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præstat, primitias suorum munerum in nouo testamento, de quo in xii. Prophetis, Malachias sic præsignificauit. Non est mihi uoluntas in uobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus uestris, Quoniam ab ortu solis, usq; ad occasum nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incensum offertur non

Oblationes fidelium collatae ad mensam Domini ex creaturis eius  
" "  
" "  
" "  
Vera oblatio panis & uinum  
" "  
" "  
Primitias munerum Dei, id est aliorum munerum panis & uinum  
" "  
" "  
" "

T in mini



LIB. II.

Q V I D S C R I P S E R I T I R E N E V S

” mini meo, & sacrificium purum, quoniam magnum est nomen  
” meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens: manifestissime significans per hæc, quoniam prior quidem populus cessabit offerre Deo: omni autem loco sacrificium offertur ei, & hoc purum, nomen autem eius glorificatur in gentibus. De quo puro sacrificio subiicit Ca. xxxiiii.

” Igitur Ecclesie oblatio, quam Dominus docuit offerri in uniuerso mundo, purum sacrificium reputatum est apud Deum, & acceptum est ei, non quod indigat a nobis sacrificium, sed quoniam is qui offert, glorificatur ipse, in eo quod offert, si acceptetur munus eius: per munus enim erga regem, & honos & affectio ostenditur, quod in omni simplicitate, & innocentia Dominus uolens nos offerre predicauit dicens. Cum igitur offeres munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quoniam fratrem tuum habet aliquid aduersum te, dimitte munus tuum ante altare, & uade primum reconciliari fratri tuo, & tunc reuersus offer munus tuum. Offerre igitur oportet Deo primitias eius creature sicut & Moyses ait, Non apparebis uacuis ante conspectum Domini Dei tui: ut in quibus gratus extitit homo, in his gratus ei deputatus, eum qui est ab eo percipias honorem. Et genus oblationum reprobatur est, oblationes enim & illic, oblationes autem & hic. Sacrificia in populo,

*Vnde oblatio cultus Dei. Puritas sacrificij nostri ex simplicitate & innocentia offerentium.*

*Vide oblationes esse fidelium munera ad altare colata.*

populo, sacrificia & in Ecclesia. Sed species immutata  
 est tantum, quippe cum iam non a seruis, sed a liberis  
 offeratur. Vnus enim & idem Dominus, proprium  
 aut character seruilis oblationis ostendat iudicium li-  
 bertatis. Nihil .n. ociosum, nec sine signo, siue argu-  
 mento apud eum. Et ppter hoc illi quidem decimas  
 suorū habebant consecratas. Qui aut pceperunt liber-  
 tatem, omnia quæ sunt ipsorū ad dominicos decernūt  
 ulius, hilariter & libere dantes ea, non quæ sunt mino-  
 ra, utpote maiorem spem habentes, uidua illa & pau-  
 pera, hic totum uictum suum mittente in gazophy-  
 lacium Dei. Ab initio enim respexit Deus ad mu-  
 nera Abel, quoniam cum simplicitate & iusticia offe-  
 rebat: Super sacrificium autem Cain non respexit,  
 quoniam cum zelo & malicia, quæ erat aduersus fra-  
 trem, diuisionem habebat in corde.

Hic martyr Christi subiiciens de eo, unde nam ue-  
 niat ut sint Deo grata quæ offerimus, tractat locum  
 scripturæ de Abel, ad cuius munera Deus respexit,  
 quoniam cum simplicitate & iusticia offerebat, &  
 Cain, super cuius sacrificia non respexit, quoniam of-  
 ferebat cum zelo & malicia: eumq; tractatum his cõ-  
 cludit uerbis.

Igitur non sacrificia sanctificant hominem, non .n.   
 indiget

*Nota, species tan-  
 tum mutatas sacri-  
 ficiorum, non ter-*



LIB. II.

IRENEVS QUID SCRIPSERIT

152

*Vnde sacrificium  
sanctificatio.*

indiget sacrificio Deus, sed conscientia eius qui offert  
sanctificat sacrificium pura existens, & praeſtat accepta-  
tate Deum, quasi ab amico. Peccatori autem inquit,  
qui occidit mihi uitulum, quasi occidat canem. Quos  
niam. n. cum simplicitate Ecclesia offert, iuste munus  
eius purum sacrificium apud Deum deputatum est.  
Quemadmodum & Paulus Philppensibus ait, reple-  
tus sum acceptis ab Epaphrodito, quae a uobis missa  
sunt, odorem suauitatis, hostiam acceptabilem, plae-  
centem Deo. Oportet enim nos oblationem Deo  
facere, & in omnib. gratos inueniri fabricatori Deo,  
in sententia pura & fide, sine hypocrisi, in spe firma, in  
dilectione feruenti, primitias eorum, quae sunt ei<sup>9</sup> crea-  
aturarum offerentes, & hanc oblationem Ecclesia soe-  
la puram offert fabricatori, offerens ei cum gratias  
actione, ex creatura eius.

*Vide unde sacrificium  
Ecclesiae purum.*

*Eucharistia rursus  
confirmat sententiam  
nostram,*

Et postq; ostendit nec Iudeos, nec haereticos sy-  
nagogas offerre, subiicit. Nostra autem consonans  
est sententia Eucharistiae (intelligit sententiam qua  
creduntur omnia etiam uisibilia hui<sup>9</sup> mundi esse con-  
dita ab uno & uero Deo, patre Dñi nostri Iesu: non ab  
alio malo Deo, ut confinxerant haeretici, contra quos  
uir Dei pugnat, quaq; creditur uera corporis nostror<sup>9</sup>  
resurrectio, quam haeretici illi negabant) Offerimus  
enim

## DE SACRIFICIIS ECCLESIAE.

enim ei, quæ sunt eius, congruenter communicatio- *Quid offerre*  
 nem, & unitatem prædicantes carnis & spiritus. Quem-  
 admodum enim qui est a terra panis percipiens uoca-  
 tionem Dei, iam non communis panis est, sed eucha-  
 ristia ex duabus rebus constans, terrena & cœlesti: Sic  
 & corpora nostra percipientia Eucharistiam, iam nõ  
 sunt corruptibilia spem resurrectionis habentia. *cc*  
 Offerimus autem ei, non quasi indigenti, sed gratias *Quid offerre*  
 agentes donationi eius, & sanctificantis creaturam. *cc*  
 Quemadmodum enim Deus non indiget eorum quæ a  
 nobis sunt, sic nos indigemus offerre aliquid Deo, si-  
 cut Salomon ait. Qui miseretur pauperi, fœneratur *Vide quid id sit*  
 Deo. Qui enim nullius indigens est Deus in se, assu- *quod offeratur.*  
 mit bonas operationes nostras, ad hoc ut præstet no-  
 bis retributionem bonorum suorum. Sicut Dñs noster  
 ait: Venite benedicti patris mei, percipite præparatum  
 vobis regnum: Esuriui enim, & dedistis mihi mandu- *Vide veras obla-*  
 care, sitiui, & potastis me, hospes fui & collegistis me, *tionem.*  
 nudus & cooperuistis me, infirmus & uisitastis me, in  
 carcere, & uenistis ad me. Sicut igitur non his indi-  
 gens, attamen a nobis propter nos fieri, ne simus in-  
 fructuosi. Ita ad ipsum uerbum dedit populo præceptum  
 faciendarum oblationum quibus non indigeret eis, ut  
 disceret Deo seruire. Sic & ideo nos quoque offerre uult  
 munus



LIB. II.

IRENEVS Q V I D S C R I P S E R I T

- » minus ad altare frequenter sine intermissione. Est  
 » ergo altare in cælis, illic enim preces nostræ, & obla-  
 » tiones nostræ dirigunt: & templum, quemadmodum  
 » Iohannes in Apocalypsi ait, & apertum est templum  
 » Dei, & tabernaculum. Ecce. n. inquit, tabernaculum  
 » Dei, in quo habitabit cum hominibus.

In his Latome, clare descriptum uides, & quæ sint  
 sacrificia Ecclesiæ Dei in Eucharistia, & quid sit illa  
 offerre Deo patri, & quæ sit causa ea offerendi, ac unde  
 de quoq; sit, ut grati Deo, & pura ista Ecclesiæ sacri-  
 ficia habeantur. Primum cernis hunc Martyrem  
 Christi, non Christum, non corpus & sanguinem ei  
 agnouisse esse oblationes, & sacrificia Ecclesiæ: Sed  
 munera illa fidelium quæ ad mensam Domini in  
 Eucharistia offerebant, ex creaturis Dei, pane & ui-  
 no, & cæteris rebus, quibus Christus in suis minimis  
 esuriens & sitiens a nobis potari, & tecto recipi, nu-  
 dus tegi, infirmus, & incarceratus inuisi & foueri de-  
 bet, munera scilicet, quæ Dominus & a ueteri popu-  
 lo requisit, cum ei ne uacuis in conspectum suum  
 ueniret, præcepit, quibusq; commodando pauperibus  
 foeneratur Deo. Hæc enim scripturæ loca D. Martyr  
 adduxit, unde merito ista Ecclesiæ sacrificia, eadem  
 agnouit esse substantia cum sacrificijs populi ueteris,  
 specie

## DE SACRIFICIIS ECCLESIAE.

specie tantum ab eis differre, & specie cum maioris copia, tum promptioris liberalitatis.

Vides etiam hic, Latome, & quid uocet hic Martyr Dei ipsum sacrificare, & offerre hæc nostra sacrificia: nihil sane aliud, quàm dominicis ea decernere usibus, & gratias super his agere, & prædicare ad ea, Dei & Christi in nos beneficia. *Causam quoque offerendi* Deo, & sacrificandi aperte explicat, cum ait, nulla re illum a nobis indigere, sed ideo tantum nostra sacrificia requirere & oblationes, ut grati simus & fructuosi: grati nimirum ipsi, fructuosi in pauperes. Denique causam ob quam grata Deus habeat & pura nostra sacrificia, ostendit esse fidem & conscientiam offerentium: Diserte enim ait, sacrificia Ecclesiae non sanctificare hominem, sed conscientia offerentis sanctificari, ideoque purum hoc Ecclesiae sacrificium Meleachi, haberi, quia offeratur fabricatori Deo ab Ecclesia cum simplicitate, offeratur sententia pura, & fide, sine hypocrisis, in spe firma, in dilectione feruenti, cum gratiarum actione.

Habes iam igitur, & quæ Ireneus, & Irenei tempore tota Christi Ecclesia sacrificia ad Eucharistiam facienda agnouerit. Habes simul etiam, & quid illa intellexerit per suum offerre & sacrificare, quid etiam



## MISSAE LATINAE QUID

Deo, & hominib. uoluerit offerendo atq; sacrificando præstare, deniq; quo putarit sua sacrificia esse Deo grata & accepta.

*Quid de sacrificijs in cæna Domini testentur preces uulgatæ Missarum Latinarum. Cap. IIII.*

I n eadem uero sententia de sacrificijs cænæ Dominicæ fuisse Ecclesiam etiam posterioribus temporibus, pleræq; testantur preces, quas uestri sacrificuli hodie in Missis suis recitant. In oratione, quam secretam uocant, quæ præscripta est sacro, Dominica a festo Trinitatis .v. sic legitur.

*De oblatione munerum.*

» Propiciare Domine supplicationib. nostris, & has oblationes famulorum, famularumq; tuarum benignè assume, ut quod singuli obtulerunt ob honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutem.

*En singuli offerrebant*

In ea uero quæ deputata est Dominicæ .vii. sic legitur.

» Deus qui legalium differentiam hostiarum, unius sacrificij perfectione sanxisti, accipe sacrificium a deuotis tibi famulis, & pari benedictione, sicut munera Abel sanctifica, ut quod singuli obtulerunt ad Matæ statis tuæ honorem, cunctis proficiat ad salutem.

*Secrum singuli,*

Hic uides oblationes & sacrificium aperte uocari, quæ famuli & famulæ, totus scilicet Christi populus ad men-

## DE SACRIFICIIS IN CAENA.

ad mensam Domini conferre, eoq; Domino offerre  
solebant: quorum oblationem sacerdos gratiaꝝ acti-  
one super illas & prece pficiebat & sanctificabat. De  
his ipsis oblationibus habetis & in Canone uestro.

TE IGITUR clementissime Pater per Domi-  
num nostrꝝ Iesum Christum filium tuum supplices  
rogamus & petimus, uti accepta habeas, & benedicas  
hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata.  
Vbi uero nunc in uestris aris ista dona, munera, data?

Item:

Memento Domine famuloꝝ famularumq; tuarꝝ,  
& omnium circumstantium, quorum tibi fides cog-  
& nota deuotio, qui tibi offerunt hoc sacrifi-  
cium laudis &c. Vbi nunc hi famuli & famulæ, qui  
hoc sacrificium laudis offerunt? Sed in recentiorib. li-  
bris est iniectum, p quib. tibi offerimus. Sublato .n.  
ritu offerendi, de quo uerba Canonis scripta sunt, &  
falsa de sacrificio Missæ opinione obtrusa, putauit ali-  
quis imperitus sacrificulus sic locum istum Canonis  
esse, non corrigendum, sed corrupendum. Verum  
ni exemplaribus uetustis est sincera lectio.  
Et rursus. Hanc igit oblationem seruitutis nostræ,  
sed & cunctæ familiae tuæ, quæsumus Domine placatus  
suscipias. Vbi nunc cuncta familia?

Item:

V iij

Quam



- » Quam oblationem tu Deus in omnib. benedictam,  
 » adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque  
 » cere digneris, ut nobis corpus & sanguis fiat dilectus  
 » filij tui Domini nostri Iesu Christi. Ex presentibus enim  
 » & a fidelibus collatis panibus & uino, materia eucharis-  
 » tiae, desumebatur, unde Cyprianus ad locupletem, &  
 » nihil ad mensam Domini offerentem, offerentibus pauperi-  
 » bus, dicebat: Corbenam enim omnino non respicis,  
 » in Dominicum sine sacrificio uenis, quae partem de  
 » sacrificio, quod pauper obtulit, sumis.

Cernis itaque clare, & eo tempore quo Canon ille  
 uester compositus, & intelligenter usurpatus est, mu-  
 nera, & sacrificia, atque oblationem de quibus loquitur,  
 haud quaquam fuisse pusillum illum panem, & pauxillum  
 uini, quod tui modo sacrifici in suis aris tantum habent re-  
 positum, sed Eleemosinas a famulis, & famulab. Domini,  
 totaque sancta plebe, in mensam Domini comportatas, ex  
 quibus in egentes postea dispensandis, portio certa ad  
 sacramenti usum desumebatur.

*De oblatione corporis & sanguinis Christi.*

- » In eodem uestro Canone, post recitata uerba Do-  
 » mini subiicitur: Unde & memores Domine, nos tui  
 » serui, sed & plebs tua sancta Domini nostri Iesu Chris-  
 » ti Passionis, nec non ab inferis mirabilis resurrectionis  
 »

## DE SACRIFICIIS IN CAENA.

nis, sed & in coelos gloriosissimæ ascensionis, offerim⁹  
 præclaræ Maiestati tuæ, de tuis donis ac datis, hosti-  
 am puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatā,  
 hunc panem sanctum uitæ æternæ, & calicem salutis  
 perpetuæ. Vbi nunc serui Domini, ubi plebs san-  
 cta, quæ hanc memoriam celebret?

*Sic habet exem-  
 plar perueiustum  
 quod est collegij  
 D. Thoma, 17.  
 genitoria*

Hic iam duo uides genera oblationum memorari,  
 dona & data Dei, munera scilicet, quæ ex Dei benigni-  
 tate sancti ad altare deferebant, & ex his ipsis donis  
 desumptam & sanctificatam hostiam, panis & calicis  
 Domini. Et de illis donis & datis Dei allatis a fide-  
 libus, subiicitur:

Supra quæ propitio & sereno uultu respicere dig-  
 nis: & accepta habere, sicut accepta habere dignatus  
 es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificiū Patriarchæ  
 nostri Abrahamæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos  
 tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immacula-  
 tam hostiam. Item. Supplices te rogamus omni-  
 potens Deus, iube hæc perferri per manus sancti An-  
 geli tui in sublime altare tuum, in conspectu diuinæ  
 maiestatis tuæ. De oblatione aut panis uitæ æternæ &  
 calicis salutis ppetuæ, id est, corporis & sanguinis Dñi  
 est illud quod subiicitur. Vt quotquot ex hac altaris  
 participatione sacrosanctū filij tui corp⁹ & sanguinem  
 sumple-



LIB. II.

MISSAE LATINAE QUID

„ sumperimus omni benedictione cœlesti & gratia re-  
 „ pleamur.

Vbi autem sunt nunc Latome isti apud Missas ue-  
 stras ex plebe sancta, qui ex altaris, non altarum par-  
 ticipatione, & dispensatione sacerdotis sumant una  
 sacrosanctum filij Dei corpus & sanguinem? Nota  
 & sanguinem.

Habes iam itaq; & earum precum quæ in uestris  
 Missis etiam hodie recitantur, testimonium de sacrifi-  
 ciijs Ecclesiæ, quæ ad mensam Dñi cum hac sacrifi-  
 ce adhuc administrabant, offerri & sacrificari solebât.  
 Item. De oblatione Christi ipsius, cuius tñ uno tñ  
 in loco preces istæ mentionem faciunt.

Quid preces Græcorum testentur de sacrificijs Canonice  
 Dominicæ. Cap. V.

Nunc & Græcorum Canonicas preces, quæ dici  
 remus, & uideamus quorum illæ sacrificiorum mensa-  
 tionem faciunt. Primum igitur de collatis a fidelibus  
 donis, sic illi precantur.

*Græcorum preces.* Deus Deus noster, qui cœlestem panem, cibum totius  
 „ tuis mundi, Dominum nostræ & Deum Iesum Christo  
 „ stum misisti saluatorem, & redemptorem, & benefac-  
 „ ctorem, & sanctificatorem nos, tu benedic oblationem  
 istam,

## DE SACRIFICIIS IN CAENA.

istam, & suscipe ipsam, ad super caeleste tuum sacrari- cc  
 um, memento ut bonus & clemens, offerentium, & Nota, offerentes  
non offerent.  
 pro quibus obtulerunt. Item. Tua ex tuis tibi of- cc  
 ferimus secundum omnia & per omnia. Te glori- cc  
 ficamus, te benedicimus, tibi gratias agimus, te dep- cc  
 camur. Et rursus. Exhortatio Diaconi: Pro ob- Vide quid offerre  
sacerdotis.  
 latis & sanctificatis praeciosis donis deprecemur Do- cc  
 minum. Responso populi: Dñe miserere. Preca- cc  
 tio Diaconi: Ut clementissimus Dñs noster, qui ac- cc  
 cipit ipsa in sanctum & supercaeleste, ac intellectuale cc  
 suum altare, in odorem suauitatis spiritualis, remittat cc  
 uicissim uobis diuinam gratiam, & donum sanctissi- cc  
 mi spiritus, Dominum deprecemur.

*De oblatione hymni & glorificationis.*

Qui dignatus es nos humiles & indignos famulos cc  
 tuos, etiam hac hora astare in conspectu gloriae tuae, cc  
 sancti altaris tui, & offerre tibi debitam adorationem cc  
 & glorificationem, Idem Domine suscipe ex ore no- cc  
 stro peccatore, ter sanctum hymnum, & respice nos cc  
 in bonitate tua &c.

*De oblatione uero precum.*

Gratias agimus tibi Domine Deus uirtutum, qui cc  
 dignos fecisti nos assistere nunc quoq; sancto tuo al- cc  
 tari, & supplices esse miserationibus tuis pro nostris cc



reatibus, & populi ignorantia, suscipe De<sup>9</sup> preces nos-  
 tras, fac nos dignos fieri, ut offeramus tibi supplica-  
 tiones, & deprecationes, & sacrificia incruenta p<sup>o</sup> cum-  
 cto populo tuo. Item in alia prece.

*Sacrificium laudis* Domine Deus omnipotens, solus sanctus, qui sus-  
 cipis sacrificium laudis ab inuocantib. te in toto cor-  
 de, suscipe etiam nostras peccator<sup>um</sup> preces, & admo-  
 ueas sancto tuo altari, & idoneos facias nos ad offe-  
 rendum tibi munera & sacrificia spiritualia p<sup>o</sup> peccatis  
 nostris, & populi ignorantia, & dignos facias nos in-  
 uenire gratiam in conspectu tuo, ut fiat acceptum sac-  
 crificium nostrum, & inhabitet spirit<sup>9</sup> gratia tua op<sup>o</sup>  
*Super munera* timus super nos, & super apposita munera ista, & sup  
 omnem populum tuum. Vbi nunc munera ista, ubi  
 maxime in uestris Missis priuatis omnis populus?

De oblatione totius sacri ministerij, quod sacerdos  
 ad mensam Domini exhibet.

Offerimus praeterea tibi hoc rationale & incremen-  
 tum ministerium, id est, λαγίσαν, & rogamus, & prece-  
 mur, & supplicam<sup>9</sup>, mitte spiritum sanctum sup nos,  
 & haec proposita dona. Vbi proposita dona?

De oblatione nostri ipsorum in caena Domini.

Cap. VI.

De hac scripsit D. Augustinus de ciuitate Dei, libro  
 decimo

## IN CAENA DOMINI.

decimo, capite .vi. Hoc est, inquit sacrificium, Christi  
 stianoꝝ, multi unum corpus sumus in Christo: quod  
 etiam sacramento altaris fidelib. noto frequentat Ec-  
 clesia, ubi ei demonstrat, quod in ea oblatione qua  
 offert, ipse offeratur.

Quod totum caput lege Latome, & uidebis, quæ  
 Ecclesiæ Dei agnoscant uera sacrificia.

Porro de offerendis & sacrificandis hominib. Deo  
 per sacrum Euangelij ministerium, quod in uera cæ-  
 nâ Dominicæ administratione summa religione præ-  
 dicatur cum uerbis, cum .S. symbolis, disce a p̄claro  
 illo talis sacrificij sacerdote, Paulo scribente hæc Ro-  
 manis. Admonui uos per gratiam quæ data est mihi  
 a Deo, ad id, ut essem minister, id est, *λεϊτουργός* Iesu  
 Christi ad gentes, & administrarem eis ceu sacerdos  
 rem sacram, & sacrificium, Euāgelion, *ἡεραγεῶν τὸ εὐαγγ-*  
*ῆλιον τοῦ θεῦ*, ut esset oblatio, id est, *προσφορά* gentium  
 accepta & sanctificata per sp̄m sanctum. Omnis .n. &  
 uerborꝝ & sacramentorꝝ Christi administratio in hoc  
 unum instituta est, & exhiberi debet, ut q̄ plurimi ab-  
 stracti sibi, abstracti mundo, erepti potestate satanæ,  
 cōsecrēt & addicant Dño, quo mortui sibi & mūdo,  
 ipsi Dño uiuant, ad salutem gloriæ ipsiꝝ, & iam ipsi se  
 ipsos, Deo consecrent hostiam uiuam, acceptam &  
 gratam Deo, Rom. xii.



## DE OBLATIONIBVS

De sacrificio totius Sac. Ministerij in administratione  
 cænæ Dominicæ. Cap. VII.

Hoc ministerium. S. Patres plerumq; omnes, pro  
 sacrificio uocarunt & oblationem, propterea quod  
 iam memorata oblationum & sacrificiorum genera  
 omnia in legitima administratione cænæ Dominicæ  
 concurrunt, simulq; exhibentur, atq; offeruntur Deo  
 patri, filio, & spiritui sancto. Sacrificium enim quasi  
 sacrum factum interpretati sunt, ut testatur Gregorius  
 us quidam. i. q. i. Mihi.

S. Patrum alij ce-  
 lebrationem. S. cænæ  
 sacrificium uo-  
 cant, propter fide-  
 lium oblationes.

In hac uero appellatione, alij. S. Patrum precipue eo  
 spectarunt, quod ad hanc Eucharistiæ celebrationem  
 fideles præter sacrificia precum & laudum, oblationes  
 etiam rerum solenniter adferebant, & Domino conse-  
 secrabant. Inter hos Ireneus fuit, qui propter has ipsas  
 oblationes scripsit. Celebrationem cænæ Dñicæ  
 esse purum illud Ecclesiæ sacrificium, quod Domino  
 omni in loco offerendum prædixit Maleach. i.

Alij propter com-  
 memoracionem &  
 exhibitionem sac-  
 rificij Christi.

Alij autem Patrum respexerunt in usu huius uo-  
 cis maxime ad sacrificium & oblationem Christi ipse  
 us factam in cruce, quæ in sacra scilicet cænæ celebra-  
 ri & exhiberi debet, & uerbis & sacramentis.

Noua genera oblationum Græcorum.

Caput VIII.

Offerunt

Offerunt præterea Græci etiam incensum: De quo ita precantur.

Incensum tibi offerimus Christe Deus, in odorem suavitatis spiritualis, quam suscipe Dñe in sanctum & supercoeleste ac intellectuale tuum altare, & repende nobis opes misericordiæ tuæ, & miserationes tuas.

Recentiores Græci quondam etiam symbolicam sacrificandi rationem suæ liturgiæ coeperunt præmittere. Vt sacerdos in pane lanceola signum crucis insingat, & deinde in quatuor partes p signata cruce scindat: & quadam ex liij. Iesaiæ dicat, ut: Tanq̄; ovis ad occisionem ductus est. Et: ut agnus mansuetus coram tondeute se obmutescens, sic non aperiet os suum &c.

Ex his itaq; locis Canonis Græci uides Latome, genera rerum oblatarum quinque numerari: Munera fidelium ad mensam Dñi collata, Laudes Dei, preces, totumq; ministerium administratæ cænæ, & incensum. Vltimum, quadam symbolica mortis Christi in pane representatio est instituta humanitus & ignota ueteribus. Oblati a sacerdote Christi, uel corporis, ac sanguinis eius nulla usq; fit mentio. Id quidem orat apud Græcos sacerdos, ut Dñs idoneum se faciat ad stare sanctæ mensæ suæ. καὶ ἵκετο ἑνὸς αἵματος, id est, consecrare,



uel sacra operatione exhibere corp<sup>o</sup> & sanguinē Dñi, de offerendo autē eo, nullum uerbum fit. In ea ipsa p̄ce sacerdos etiam orat ut Dñs dignari se uelit, offerre, sed non corpus & sanguinem Dñi, quæ nondum consecrata sunt, sed dona a fidelibus collata. Ait. n. hæc dona: Subjicit quidem ibi: & de oblatione Christi ipsum, sed huius offerentem confiteor sacerdos esse Christum ipsum, non se: Ait enim, T u. n. o Christe Deus noster es offerens, & is qui offertur, & qui suscipit, & qui distribuitur, & tibi gloriam damus cum patre & c. Ita nec Dionysius in sua descriptione sacræ cænæ, & ad ministrandæ Eucharistiæ usquam meminit Christum offerri a sacerdote, Tribuit autē sacerdoti <sup>u. n. o</sup>, id est, celebrare D. laudib. beneficia Christi: & <sup>regis</sup>, id est, sacro ministerio corpus & sanguinem Dñi exhibere.

Ex his potest quiuus Christianorū cognoscere, quæ & quot genera oblationū & sacrificiorū Ecclesia iam inde ab initio agnouerit, offerreque & sacrificare studuerit, Christum nimirum ipsum, eius passionem, corpus & sanguinem eius, preces, gratiarū actiones, & laudes Dei, ipsam cænæ Dñicæ administrationem, populū Christi, & munera eius, quib. subleuabāt egeni, & sustentabant. S. Ecclesiæ ministeria, ministeriorūque instrumenta. Nunc ostendendum est, & quid. S. Patribus signat.

significavit hæc ipsa sacrificia, & has oblationes offerre & sacrificare, quanquam istud fere & ex ijs. S. Patrum sententijs, quas iam tractauimus, bona ex parte explicatum sit.

Quid S. Patres per offerre & sacrificare intellexerunt. Cap. IX.

Offerre in cæna Dñi, & sacrificare, significabat. s. Patribus, in genere quidem, ea quæ offerebāt, quasi in conspectum Dei & Ecclesiæ, ad gloriam Dei, & Ecclesiæ ædificationem p̄ Christum Dñm p̄ferre, gratias Deo de illis agere, salutarem eorū usum orare, in eūq; usum deputare, & pie usurpare, Id uero quod dico, ceu in conspectu Dei oblata p̄ferri, intelligendum est, q̄tum attinet ad ipsos offerentes, & p̄sentem Ecclesiam, Deo .n. p̄ se omnia, ut in manu, ita & in oculis semper sunt. Verum cum offerrent sancti suas oblationes, iam eas esse dona Dei, & esse quoq; in manu & in conspectu Dei, religiosius considerabant, de eisq; gratias Deo p̄ Christum Dñm agebant religiosi⁹, eaq; iam uelut e manu Dei suscipiebant, & sua quoq; professione gloriæ Dei, diuinisq; usibus ( ut Irenei uerbo utar ) decernebant, deniq; in hunc usum sanctificari ea sibi precabantur, ac etiam usurpabant, seseq; iuxta Deo in omne obsequium sistebant & consecrabant.

Hæc

Quid offerre in genere.



## LIB. II.

## OFFERRE ET SACRIFICARE

Hæc omnia in oblatione pia donorum Dei con-  
neri, cum ex multis alijs D. scripturæ locis, tum ex  
eo, quod præceptum legimus ueteri populo de offe-  
rendis primitijs & decimis Deut. xxvi. admodum  
clare licet agnoscere. Eo enim loco legimus Domi-  
num præcepisse primitias & decimas in locum religio-  
nibus consecratum deferre, & sacerdoti contradere,  
coramq; illo cõmemorare Dei beneficia in populum  
Israel uniuersum collata: maxime uero redemptionem  
a seruitute Aegyptiaca, & introductionem in terram  
promissam, hoc est, liberationem ab omni supstitio-  
ne, & impietate, & consequentibus hæc malis omnia-  
bus, cooptationemq; in populum Dei p̄ traditam le-  
gem Dei, & p̄dicationem promissi Christi, quam co-  
optationem necessario semp̄ consecrat̄ omnis bene-  
dictio Domini, tam in temporalibus rebus q̄ in spi-  
ritualib. Tum adorare ibi, hoc est, gratias agere Deo  
pro his beneficijs, & usum illoꝝ salutarem, ac omnis  
uitæ precari. Deniq; frui illis coram Domino, & cõ-  
municare ea leuitis ministris sanctæ doctrinæ, & cõ-  
gruis, pupillis, uiduis, atq; adeo omnibus ista benigni-  
tate egentibus. His itaq; actionibus constabat uera  
& grata Deo offerendi religio, in populo ueteri, nec  
nunc potest ei p̄bari alia, idem .n. De<sup>9</sup> est, nec mutari  
ut nos.

*Confessio & com-  
memoratio benefi-  
ciorum Dei inter  
offerendum faci-  
enda.*

*Gratiarum actio.*

*Communicatio  
oblationum.  
Oblationes distri-  
buendæ doctoribus  
populi & egentib.*

In sacrificijs maclatarum hostiarum fuit præterea *Ratio hostiarum*  
 representatio, & cõmunicatio mortis Christi, sicut & *qua maclabatur*  
 in nostra Eucharistia, quanq̃ in hac ea tantum uer=  
 bis, non etiam symbolis prædicetur. Symbola enim *In ueterum sacrifi-*  
 panis & uini, id est, cibi & potus, id magis admonent, *cij mors Christi q̃*  
 quod Dñs est nobis cibus & potus uitæ æternæ, quo *fruitio per symbo-*  
 alimur scilicet & corroboramur in uita Dei, sicut in *la apertius signis*  
 ueterum hostijs mors Christi representabatur aperti=  
 us maclatione pecudum, & effusione sanguinis illar̃ *ficabatur, in nostris*  
 circa altare, q̃ cibatio & fruitio eius. In holocaustis, n. *contra*  
 nihil de sacrificatis carnibus inter uel sacerdotes, uel  
 offerentes Laicos distribuebatur, quod tamen fiebat  
 in sacrificijs pacificis. Visum enim Domino fuit, ut  
 per solito precio salutis nostræ, id nobis in sacramen=  
 tis nostris per symbola plenius exprimeretur, quod  
 nobis morte Christi perfectum & impetratum est: ut  
 Christi scilicet caro nobis sit uere cibus, & sanguis ei⁹  
 uere potus.

Eandem uero offerredi & sacrificandi, uel etiam cõ=  
 secrandi res aliquas Deo, religionem uidem⁹ exhibi=  
 tam a rege Salomone, cum Domino templum quod  
 edificauerat, consecrauit .i. Reg. viij. & .ii. Paralip. vi.

Nam primum hic rex in ea dedicatione celebra=  
 uit Dominum, qui populo quietem, & se dedisset pa=  
 Y tri



## LIB. II.

## OFFERRE ET SACRIFICARE

tri suo successorem, atq; omnia quæ illi promiserat de templo ædificando, tam magnifice præstitisset: hoc est, laudauit Dominum, qui populo utramq; politiam, & religionis, & uitæ ciuilibis iuxta promissa sua per Messiam suum tam præclare constituisset, & ornasset. Adeoq; gratias egit potius Deo, quod ille templum suum ipsi, & populo per ipsius ministerium donasset, quam templum obtulit Deo.

Deinde confessus, quod nec coeli cœlorum Deum capere possint, id est, quod maiestas infinita Dei, nulli omnino queat loco ita addici & concludi, ut non ubiq; sese exhibeat, coliq; uelit: orauit, ut non præsentiam misericordiæ suæ in eo templo ita uellet exhibere populo, ut eam populus cognitam & exorantam, & ibi, & ubiq; coleret uera & perpetua pietate. Eamq; orauit namini, & miserationis diuinæ præsentiam, ut esset primum in populo metus diuini iudicij, & ultionis contra peccata. Tum fiducia certa, & ueritatem peccatorum exorandi, & opem Dei contra omnia mala propulsanda, & benignitatem eius in bonis omnibus sibi conferendis, impetrandi. Deniq; doctrina efficax, qua cor populi ad Deum potenter inclinaretur, ita ut liberet ei ambulare in omnibus uis Domini.

Hac uero oratione, quid Salomon fecit aliud, q̄ sanctificari templum a Deo orauit ad usum salutarem, uere religionis. Tum adhortatus est populum, ut uellet cor habere p̄fectum cum Domino Deo suo ad obseruandum ceremonias eius, & custodiendum præcepta eius, deniq; sacrificia fieri maxima curauit, quo templum ad diuinū usum iam initiabat, & usurpabat, exhibens scilicet in eo cum precibus doctrinam, & sacrificia.

Hac qui recte omnia expendat, uidebit Salomonem offerendo, & dedicando templum Domino, nihil aliud egisse, quam celebrasse Dominum ob beneficia sua, & templum magis a Deo datum ipsi, & populo, quam ab ipso oblatum Deo agnouisse, tum salutarem templi usum orasse, docuisse, & incepisse, simulq; sese & populum Deo obtulisse, & consecrasse, in omnem obedientiam uerbi eius.

Vel ex his itaq; duobus scripturæ locis, ut cætera quæ plurima sunt, præteream, abunde cognoscitur, quid illud offerre & sacrificare fuerit, quod Deus ipse populum suum docuit, & ab eo gratum habuit. Nam certum est .S. Ecclesiæ patres quicquid oblationum & sacrificiorum uel uerbis, uel reb. in usum Ecclesiæ traduxerunt, id omne mutatos esse ab eo offerendi,



& sacrificandi ratione, & religione, quæ tradita a Deo fuit populo Israelitico, & est ab eo pie obseruata, & præstita. Haud potest igitur esse dubium, sanctos Ecclesiæ patres, quibus de sacrificijs & oblationibus prædicant, eandem omnino offerendi, & sacrificandi rationem atq; religionem (sicut nec aliam approbari Deo posse sciebant) eis, uerbis suis & oblationibus tradere, & exhibere uoluisse.

*Quæ Christi sacrificandi ratio in S. cæna.*

*Cap. X.*

**I**duero, & ex eo euidenter concluditur, quod cū D. Cypriano, ceteri etiam patres agnouerunt, sacrificium scilicet cænae Dominicæ, tunc uerum & plenum offerri in Ecclesia Deo patri, si sic offerat, secundum quod ipsum Christum uidemus obtulisse. Quid autem fecit Dominus, cum ipse summus sacerdos Dei patris sacrificium Deo patri in sua S. Cæna primus ipse obtulit, Pane & uino, donis Dei, in manusumptis, ac ita ceu in conspectum Dei, & eius suæ Ecclesiæ, quam tum collectam apud se habebat, prolatit, egit gratias patri. Et in salutarem usum sacramenti discipulis exhiberet, & beatam sui cõmemorationem excitaret, & sanciret, sanctificauit, & distribuit, ad iuncta

## QVID SANCTIS PATRIBVS.

iuncta doctrina, precibus & hymnis.  
 Hinc Ireneus de sacrificio canæ recte scripsit. Of-  
 ferimus enim ei, quæ sunt eius, congruenter cõmuni-  
 cationem, & unitatem prædicantes carnis & spiritus.  
 Item: Offerimus aut ei, non quasi indigenti, sed grati-  
 as agentes donationi eius, & sanctificantis creaturam.

Omnis itaq; quarumlibet rerum pia oblatio, & sa-  
 crificium in eo cõsistit ut donis Dei, ceu in conspectu  
 Dei & Ecclesiæ platis & oblatis, gratias de eis sacer-  
 dos pro fidelibus agat, celebret Dei benignitatem in  
 Christo Domino, & oret illis cum incremento fidei,  
 salutarem reꝝ omnium usum, in eumq; ea dona sta-  
 tim usurpet. In conspectum inq; Dei oblatis & prola-  
 tis, quod ad nos attinet, ipsi enim Deo in conspectu  
 sunt omnia, id autem cum nos non semper confide-  
 remus in oblatione donorꝝ eius, huius nos ipsos pe-  
 culiariter admonemus, & profiteamur quod ea nobis  
 Dei benignitate sint donata, sint & maneant dona  
 Domini pposita semper conspectui eius, quibus nos  
 uti nunq; deceat, nisi cum & ipsi Domino nos sisti-  
 mus, & coram ipso in omni uia, quam ipse mandauit,  
 ambulamus, eiq; seruiamus, & ad hoc solum dominio  
 eius utimur, ut hanc piam considerationem & pro-  
 fessionem Dominus in populo suo ueteri excitaret,  
 Y iij institu-



LIB. II.

OFFERRE ET SACRIFICARE

instituit ei symbola תרומה ותנופה, id est, elevationis donorum, & uentilationis in quatuor partes mundi.

Quid fuerit .S. Patribus offerre in singulis oblationum generibus. Cap. XI.

Porro quia uaria sunt, quæ ueteres offerebant, & sacrificabant, certius uideri potest, quid illi intellexerint per offerre & sacrificare, cum id considerat in singulis generibus rerum oblatarum.

Quid autem ipsis significarit offerre & sacrificare, quintum genus oblatarum reze, dona scilicet & munera fidelium, dictum iam satis est.

Quid offerre populum.

Nec potest obscurum esse, uel ex loco Pauli supra adducto, quid illis fuerit offerre, quartum genus oblationum, populum scilicet fidelem, Nimis doctrina, & exhortatione uerbi Dei, precibus, & gratiarum actione, denique & sacramentorum dispensatione, populum Christo Dño in omne obsequium pietatis consecrare, & addicere.

Ita satis etiam explicatum est, quid .S. Patres intellexerint, per offerre tertium genus oblatarum reze, id est, gratiarum actionis, & laudum Dei, precum, & ipsius denique .S. ministerij totius, quod in exhibenda cana Dñi præstatur, Celebrare scilicet coram Ecclesia laudes Dei

Dei, & gratias Deo p̄ beneficijs eius agere, ueniamq; peccatorū incrementum fidei, & benedictionem Dñi in rebus omnibus populo Dei orare. Deniq; ipsam cenā Dominicæ celebrationem, & dispēstationem ad gloriam Dei, & salutē Ecclesiæ iuxta institutum Dñi p̄ exhibere, & administrare.

*Quid sacrificare  
preces, laudes Dei,  
& ipsam cenā ce-  
lebrationem*

Ita nec de secundo genere oblationum & sacrificiorū, de sacrificio & oblatione panis & uini in usum sacramenti, potest esse dubium, quin .S. Patres p̄ illud & sanctificare ea uerbis Dñi in sacramenta corporis, & sanguinis Dñi, iuxtaq; mandatum Dñi fidelib⁹ ad commemoracionem Dñi faciendam, & ad cōmuniōnem Christi plenius percipiendam, dispensare.

*Quid offerre & sa-  
crificare panem &  
uinum*

*Quid sacrificare & offerre Christum.*

Cap. XII.

Primum uero gen⁹ sacrificij & oblationis, quid .S. Patrib. fuerit, sacrificium scilicet Christi ipsius, & passionis eius, id est, corporis & sanguinis eius, plurib. forsan explicandum est. Consideret ergo primum quod D. Augustinus de hoc sacrificio scripsit contra Faustum li. xx. cap. xviii.

*Quid offerre Chris-  
tum*

Hebræi autem in uictimis pecorū, quas offerebāt Deo, multis & uarijs modis, sicut re tm̄ dignum erat, prophē-

prophe-



LIB. II.

Q V I D O F F E R R E E T S A C R I F I C I U M

*Nota quam Christus obiuit.*

*Nota, iungi oblationem & participationem corporis & sanguinis Christi.*

prophetiam celebrat futura uictimae, quam Christus obtulit. Vnde iam Christiani, peracti eiusdem sacrificij memoriam celebrant, sacrosancta oblatione & participatione corporis & sanguinis Christi. Huius sacrificij caro & sanguis ante aduentum Christi purissimarum similitudinem promittebatur, in passione Christi, per ipsam ueritatem reddebatur: post ascensum Christi per sacramentum memoriae celebratur. & ibidem cap. xxi.

*Libro de doctrina christiana. ij. ca. ix*

Hic uides offerre hoc sacrificium Christi, atque Christum ipsum Augustino idem esse, atque celebrare, hoc est, uerbis & sacramentis predicare, atque exhibere memoriam Christi, & mortis eius. Vnde alibi sacramentum hoc uocat celebrationem corporis & sanguinis Domini. Idem scripsit in Psal. lxxviii.

*Cui Christus offerretur.*

Etenim fratres mei, ecce innouauit nos Christus, donauit nobis omnia peccata, & conuersi sumus. Si obliuiscamur quid nobis donatum est, & a quo donatum est, obliuiscimur munus salutaris. Cum autem non obliuiscimur munus salutaris, nonne quotidie nobis Christus immolatur? Et semel pro nobis Christus immolatus est, cum credidimus, tunc nobis suis cogitatio, modo autem reliquiae cogitationis sunt, quae meminimus, quis ad nos uenerit, & quid nobis donatum uerit.

## CHRISTVM IN CAENA.

uerit, ex ipsis reliquijs cogitationis, id est ex ipsa me-  
 moria, quotidie nobis sic immolatur, quasi quotidie  
 nos innouet, qui prima gratia sua nos innouauit.

Vide, Christum, dicit hic uir Dei, immolari in sacra  
 cena, sed nobis, nō patri, & ex ipsa memoria, hoc est,  
 ut ipse hoc interpretatur, ex eo quod ibi cōmemorat  
 quis ad nos uenerit, & quid nobis donauerit, non ex  
 intentione & facto sacerdotis.

Verum in libro .ij. quæstionum Euangelicæ ca.  
 xxxij. adscripto Augustino, ubi tractatur parabola  
 de filio prodigo, scribuntur hæc uerba.

Et istæ epulæ, atq; festiuitas nunc celebrantur per  
 orbem terrarum Ecclesia dilatata, atq; diffusa, uitulus  
 enim ille in corpore & sanguine Dominico offertur  
 patri, & pascit totam domum.

Hic prædicatur sacrificium corporis, & sanguinis  
 Domini offerri patri ad gratulationem de filio per-  
 duto, & iam restituto, unde tota Dei domus Ecclesia  
 reficitur.

Eadem ratio sacrificandi Christi pulchre explica-  
 tur, cap. xvij. libri qui fertur D. Augustini de fide ad  
 Petrum.

Firmissime, inquit, tene, & nullatenus dubites ip-  
 sura unigenitum Deum, uerbum carnem factum se



LIB. II.

QVID OFFERRE ET SACRIFL

- » pro nobis obtulisse sacrificium, & hostiã Deo in odo-  
 » rem suauitatis, cui cum Patre, & spiritu .S. a Patrie-  
 » chis, prophetis, & sacerdotibus tempore ueteris sacra-  
 » menti animalia sacrificabant, & cui nunc, id est, tem-  
 » pore, noui testamēti cum Patre & spiritu sancto, cum  
 » quibus illi est una diuinitas, sacrificium panis & uini,  
 » in fide & charitate sancta Ecclesia catholica per unie-  
 » uersum orbem terræ offerre non cessat. In illis enim  
 » carnalib. uictimis figuratio fuit carnis Christi, cum  
 » pro peccatis nostris, ipse sine peccato fuerat oblatu-  
 » rus, & sanguinis quem erat effusus in remissionem  
 » peccatorum nostrorum, in isto autem sacrificio gra-  
 » tiarum actio, atq; commemoratio est carnis Christi,  
 » quam pro nobis obtulit, & sanguinis quem pro no-  
 » bis idem Deus effudit.

In hac confessione uides, sicut & in prius addu-  
 ctis locis Augustini, unam esse hostiam, qua pater  
 & nobis, & ueteribus sanctis est placatus, ipsam Chris-  
 ti carnem, sed per ipsūmet filium Dei in cruce semel  
 pro electis omnibus immolatam, qua perficit sanctis-  
 ficatos iugiter, Eamq; representatam esse, & celebra-  
 tam suo modo in sacrificijs ueterum: exhiberi quoq;  
 & prædicari in nostro sacrificio cana Dominica, In  
 quo Christo ipsi cum Patre & spiritu .S. sacrificium  
 panis

Vide, Christo Do-  
 mino in cana of-  
 fertur, non Christus  
 ipse.

## CHRISTVM IN CAENA.

panis & uini offerimus in fide & charitate, sicut tempore ueteris testamenti & Patriarchæ, Propheta, & sacerdotes sacrificarunt sua animalia: Tamen p hoc tanto beneficio, q̄ filium suum Deus, & cum eo omnia donauit, q̄ etiam filius nos ab æterna morte in uitam æternam morte sua uoluit tam libenter restituere, gratias patri, & filio agimus, tantam ei⁹ in nos misericordiam & charitatem celebrantes. Quemadmodum & ueteres, gratias agebant Deo p̄ p̄missio Christo, & hanc tantam eius in humanum genus charitatem p̄dicabant. Recte itaq; & clare admodum docet ista cōfessio, quid sit offerre Christum, uel carnem eius & sanguinem in sacra cæna, cum ait: In isto, in sacrificio cænae Dominicæ gratiarum actio, atq; commemoratio est carnis Christi, quam pro nobis obtulit, & sanguis quem p̄ nobis idem Deus effudit.

*Offerre carnem Christi est commemorare immolatam pro nobis, q̄ donatam in cibum uitæ æternæ. & gratias de eo beneficio agere.*

Idem & cæteri sancti patres intellexerunt, si quando Christi ipsam offerri & sacrificari in sacra cæna scripserunt, cuius rei multa possunt adferri testimonia, sed ne nimium immoremur in p̄banda re, quæ p̄ se satis nota est, ihs qui libros .S. Patrum legerunt, uno duntaxat testimonio Cyrilli adducto, transibo ad ea, quæ ad hanc disputationem restant. Cyrillus itaq; in Epistola quadam contra Nestorium sic scripsit:

Z ij Annun-



LIB. II.

Q V I D O F F E R R E E T S A C R I F I C I U M

- » Annunciantes enim eam, quæ secundum carnem
- » mortem unigeniti filij Dei, hoc est, Iesu Christi, & ex
- » mortuis resurrectionem, inq; cœlos assumptionem,
- » confitentes incruetum in Ecclesijs pficimus cultum,
- » accedimusq; ad mysticas benedictiones, & sanctifica-
- » mur, efficimurq; participes sanctæ carnis, & preciosi
- » sanguinis nostri omnium seruatoris Christi.

Hic perspicue uides sacrificium uel cultum cœnæ  
 Dominicæ siue sacrificium Christi, quod in cœna eius  
 perfici debet, Ecclesiæ Christi tempore Cyrilli nihil  
 fuisse aliud, quam annũciare & confiteri mortem, res-  
 surrectionem, & in cœlos ascensionem Dñi, ac myste-  
 cas adire benedictiones, & participes fieri sanctæ car-  
 nis & preciosi sanguinis nostri omnium seruatoris  
 Iesu Christi. Vel ex his ergo locis, quis non  
 uideat .S. Patribus offerre in cœna Domini carnem  
 & sanguinem Christi, adeoq; Christum ipsum, nihil  
 fuisse aliud, q̃ gratiarum actionem, & commemorat-  
 tionem carnis & sanguinis Christi, ita ut Dominus  
 eiusdem corporis & sanguinis Domini communica-  
 tione? Celebrare scilicet uerbis, atq; exhibere sacris  
 symbolis ipsum, ut unicum, & redemptorem, & ser-  
 uatorem nostrum, propter peccata nostra mortuum, & res-

## CHRISTVM IN CAENA.

& redituum ac regnantem in caelis ppter iusticiam nostram: praedicare, & distribuere carnem eius, & sanguinem, cum ut hostiam expiatem peccata nostra, & confirmantem foedus gratiae, ac testamentum adoptionis, tum ut uere cibum, uereq; potum uitae aeternae.

Ecquid possit, uel aliud, uel ampli<sup>9</sup> facere de Christo Dño offerendo sacerdos? Sistere eum patri hostiam salutis p nobis: quod Colonenses perperam arripuerunt. At ille ad dexteram patris exaltatus, & sedens perpetuo sistit, & exhibet nos patri. Rogare patrem, ut sacrificium filij factum habeat gratum? At propter hoc ipsum sacrificium, quia gratis. habet patrem, gratos nos facit in dilecto filio suo. Quid igitur comminisci omnino potestis, quod sacrifici uestri offerendo, & sacrificando Christum, & eius passionem facere queant aliud, q̄ ea quae Christus Dominus factus est, fecit, & tulit pro nostra salute, facturumq; se promissive, cum uerbis, tum sacramentis in gloriam patris religiose celebrare, & exhibere fidelibus.

Hactenus de eo, quid. S. Patribus significarit, & sumit offerre in. S. caena & sacrificare, siue Christu Dominum ipsum, & eius passionem, id est, corp<sup>9</sup> & sanguinem eius, cum pro nobis in cruce immolata, tum in caena in salutem fidelium in cibum potumq; uitae aeternae

*Prestigiū Colonicū*

*Quid sit offerre Christum patri*



LIB. II.

SACRIFICIUM CAENE OFFERRI

eternæ cōmunicanda, & sumenda, siue panem & uinum, in sacramenta cōmunicationis Christi sanctificanda, & populo fideli distribuenda, siue gratiarum actiones, laudes Dei, & preces, siue ipsum totum misterium in .S. cæna administranda, siue populum electoꝝ Dei, siue deniq; munera, & dona fidelium.

*Sacrificium cænae Dominicæ offerri & Deo & Ecclesie. Cap. XIII.*

Hic uero nec illud forsan prætereundum est, quo .S. Patrum sermones de sacrificijs plenius intelligantur, quod illi sacrificium Cænae Dniicæ dixerunt offerri, non solum Deo patri, imò ipsi etiam filio & spiritui .S. tum etiam Ecclesie, atq; ijs fidelibus, quibus sacra cæna administratur. Cum uero dicunt se obtulisse, & sacrificasse hoc sacrificium Deo Patri, uel etiam Patri, filio, & spiritui sancto, nihil intelligunt aliud q̄ id se obtulisse, & sacrificasse ad laudem & gloriam Dei, ad celebrandam misericordiam & bonitatem Dei, exhibitam nobis in Christo Domino nostro. In confesso enim est, & .S. Patres id passim prædicant, ut, & ex dictis D. Irenei de sacrificijs, quæ supra adscripsimus, liquet, Deo dari a nobis nihil posse, Vnde Psalmo: Quid rependam Domino, pro omnibus, quæ mihi retribuit: Calicem salutarem accipiam,

## ET DEO ET ECCLESIAE.

cipiam, & nomen Domini inuocabo. Vota mea Domino reddam coram omni populo eius, ut eum scilicet toti populo pro uirili mea celebrem & prædicem. Vnde probe in illa confessione quæ est ex libro de fide ad Petrum supra adscripta, ponitur, quod sancta Ecclesia sacrificium panis & uini in fide & charitate ipsi unigenito filio cum patre & spiritu sancto, offerre per uniuersum orbem non cessat. Celebratur enim in hac ceremonia tota Trinitas, Pater, Filius & spiritus sanctus.

At cum .S. Patres scribant, sacrificium cænæ Dominicæ etiam offerri Ecclesiæ per ministros suos, uel ex illo D. Augustini dicto in Psalmo septuagesimo quinto, quod item superius est adscriptum, satis intelligitur: Scribit enim Christum in sacra cæna ex memoria immolari nobis. Quo sensu & D. Cyprianus dixit in sermone de lapsis, ubi solennibus impletis calicem Diaconus offerre præsentibus cœpit. Deinceps illud quoque expendendum est, quid .S. patres intellexerint, cum dixerunt se, siue sacram cænam, siue alia sacrificiorum genera offerre, & sacrificijs pro uiuis & defunctis, & quid his oblationibus, & sacrificijs commodare utrisque uoluerint.

Quid



**LIB. II.**

**QVID OFFERRE ET SACRIFL.**

Quid .S. Patres intellexerint, & efficere uoluerint, cum dixerunt se offerre, & sacrificare pro uiuis, & mortuis. Cap. XIII.

Quo autem hæc, ex ipsis sanctoꝝ patrum dictis exactius cognoscantur, & illud obseruandum est: offerre pro aliquo ita simpliciter dictum, aliquando .S. Patribus, aliud significare, q̄ celebrare p̄ aliquo sacrificium. Hoc enim fere de tota cænæ administratione dixerunt, illud etiam de collatis a fidelibus oblationibus. At quia hæc nunq̄ offerebantur religiosius & benignius, q̄ tempore .S. Eucharistiæ, & ad altare Dñi, non raro pro eodem apud .S. Patres utraq̄ locutio usurpatur. Hæc cognoscere licet ex ijs, quæ D. Cyprianus Epistola ix. li. i. scripsit ad Presbyteros, Diaconos, & plebem, quæ erat Furnis.

» Quod Episcopi, inquit, antecessores nostri religiose  
» considerantes, & salubriter prouidentes, censuerunt,  
» ne quis frater excedens, ad tutelam, uel curam, clericorum  
» cum nominaret: ac si quis hoc fecisset, non offeret p̄  
» eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur.  
» Neq̄ enim ad altare Dei meretur nominari in sacrificio  
» dotum prece, qui ab altari sacerdotes, & ministros suos  
» os Leuitas auocare uoluit.

*Offerri pro aliquo  
& nominari eum  
in oblatione idem.*

Hic tria consideranda sunt, Primum illud: Non offerre

## PRO VIVIS ET MORTUIS.

offerretur pro eo, Id enim dictum est de communibus fidelibus oblationibus, quæ conferebantur sæpe ad funera, etiam sine Cæna Dñi. Sicut Canone quodam postea constitutum est, Siquando funus duceretur a prandio, ne sacra cæna celebraretur, sed simpliciter fierent oblationes.

Alterum hic obseruandum est: Nec sacrificiũ pro dormitione eius celebraretur. Hoc enim pprie de cænæ Dominicæ celebratione dictum est. Tertium hic animaduertendum est: Neq; n. ad altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece.

Offerre enim, uel sacrificium. S. cænæ pro aliquo offerre, & sacrificare, siue is uiuus, siue defunctus esset, erat. S. Patribus nomen eiusmodi uiui, uel defuncti recitare in sancta prece, quæ ad oblationes & in administratione cænæ Dominicæ fiebāt, ac ita nominatim pro eo Dominum rogare, & gratias agere.

*Offerre pro aliquo est nomen recitare in solenni prece.*

Quod D. Cyprianus alicubi uocat offerre talium nomina. Epistola enim xiiij. li. iij. ita scriptum relinquit. Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores poenitentiam iusto tempore, & secundum disciplinam ordinem ad exomologesim ueniant, & p̄ maxima inuoluntate ad impositionem Episcopi & cleri ius cõmunicatiõnis accipiant, nunc crudo tempore, persecutione ad huc p̄seuerante, nondum restituta Ecclesiæ ipsi pace,

*Vide rationem poenitentia ac absolutiõnis ueterum.*

a ad com=



LIB. II.

QVIVD OFFERRE ET SACRIFI.

Offerre nomen  
elicuius.

- » ad communicationem admittunt, & offerunt nomen  
» eorum, & nondum poenitentia facta, nondum exomologesi finita, nondum manu eius ab Episcopo, aut  
» clero imposita, Eucharistia illis datur. Quod D. Martyr in hac oratione uocauit offerre nomen eorum, idem in Epistola xvi. eiusdem libri dixit, offerre pro illis.  
» Audio, inquit, quosdam tamen de presbyteris, nec  
» Euangelij memores, nec quid ad nos martyres scripserint, cogitantes, nec Episcopo honorem sacerdotij  
» sui & cathedrae seruantes, iam cum lapsis communione  
» care coepisse, offerre pro illis, & Eucharistiam dare.

Quid offerre pro uiuis. Cap. XV.

Nunc uideamus, quid fuerit sanctis Patribus offerre, & sacrificium celebrare pro aliquibus, & primum ut dixi, pro uiuis. Id uero nihil aliud illis fuit, quam rogare Dominum pro illis, & gratias Deo pro eis agere ad oblationes Ecclesiae, & in sacra celebratione. Id clare cognosci a quolibet potest, uel ex ipsis D. Cypriani uerbis, quae in Epistola prima libri tertij, scripsit ad Lucium Papam Romanum, ab exilio, cum comitibus suis reuersum ad Ecclesiam suam.

- » Vicarias uero, inquit pro nobis, ego & collegae, &  
» fraternitas omnis has ad uos literas mittimus, frater  
» charissime

## PRO VIVIS.

charissime, & rep̄sentantes uobis per Epistolam gaudium nostrum, fida obsequia charitatis exprimimus, his quoq; in sacrificijs, atq; in orationibus nostris non cessantes Deo Patri & Christo filio eius Domino nostro gratias agere, & orare pariter & petere, ut qui perfectus est, atq; perficiens, custodiat, & pficiat in uobis confessionis uestre gloriosam coronam: Qui & ad hoc uos fortasse reuocauit, ne gloria esset occulta, si foris essent confessionis uestre cōsummata martyria. Nam uictima quæ fraternitati p̄bet exemplum uirtutis & fidei, præsentibus debet fratribus immolari.

*Ita scribebatur ad ueros Papas Romanos*

*Nota, uictima ipsa Confessores.*

Hic cernis clare, quid D. Cypriano fuerit offerre pro uiuis, obtulerat ille cum suis Deo Patri, & filio, & fecerat sacrificia pro Lucio Papa Romano, & eius comitibus, dum ob confessionem Christi essent in exilio.

*Vide, immolari pro predicari.*

Primum gratias egerunt Deo patri & Christo filio pro dono tam præclaro confessionis, quod eis Dñs contulerat: Deinde orauerunt atq; petierunt a Patre per Christum Dñm, ut ipse Dñs, qui perfectus est & pficiens gloriam confessionis qua dignatus illos erat, eis custodiret, & perficeret.

Ita quando pro hīs qui perfecta exomologesi sua Ecclesiæ de pœnitentiâ satisfecerant, sacrificabant,

a ij uel



LIB. II.

Q. VID. OFFERRE ET SACRIFI.

uel offerebant, id est, eorum offerebant, uel recitabant in sacra prece nomina, nihil aliud faciebant q̄ gratias agebant in sacra cœna pro talium conuersione, & uera pœnitentia, tum perfici hanc in illis orabant.

*Offerre & sacrificare pro uiuis, quid.*

Planum igitur factum est, offerre pro uiuis, & sacrificium cœnæ celebrare. S. Patribus omnino idem fuisse atq; in hac sacra actione agere nominatim gratias Deo pro illis, ac a Domino eis implorare misericordiam Dei, & rogare beneficia eius.

*Quid fuerit. S. Patribus offerre & sacrificare pro defunctis, qui decesserunt cum singulari laude sanctitatis. Cap. XVI.*

Ita fuit. S. Patribus offerre, uel sacrificare pro defunctis hac uita, nihil aliud q̄ agere pro eis gratias Domino, & orare pro eis: Vt autem hinc discedunt, alij cum admodum clara fidei laude, & testificatione, alij cum obscuriore & infirmiore. Ita etiam non eadem ratione pro defunctis quibuslibet sacrificium & oblatum est a ueteribus. Pro Martyribus, & qui luculentiore pietatis testimonio ad Deum hinc migrauerant, in agendis p̄ eorum gloria gratijs, maiore utebantur celebritate: Pro alijs qui infirmiusculam fide, & obscuriore laude pietatis discesserant, pl̄ uerbis faciebant in confitendis peccatis eorum, & oranda uenia. Primum

Primum itaq; uideamus, de sacrificijs & oblationibus p Martyribus quid scripserit D. Cyprianus in Epistola ad Presbyteros & Diaconos suæ Ecclesiæ, ait enim ad hunc modum:

Deniq; & dies eorum (De confessoribus Dñi scribit, qui in carcere expectabant sua martyria) quibus excedunt annotate, ut commemorationes eorū inter memorias Martyrum celebrare possimus. Quamquam Tertullus fidelissimus, & deuotissimus frater noster, inter cæteram sollicitudinem & curam suam quam fratrib. in omni obsequio operationis impartit, qui nec illic circa curam corporum deest, scripsit, ac scribat, ac significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriose mortis exitu transcunt, quo celebrentur hic a nobis oblationes & sacrificia ob cōmemorationes eorum, quæ cito uobiscum Dño p̄sperante celebrabimus.

*Offerre & sacrificare, celebrare pro martyribus.*

Item in Epist. v. li. iij. de Auia, patruo, & Auunculo confessoris Celerini martyrio coronatis: Sacrificia pro eis, semper, ut meministis offerimus, quoties Martyrum passiones, & dies anniuersaria cōmemoratione celebramus.

Hic uides cum Ecclesia p sacerdotes suos p martyribus offerebat, uel oblationes & sacrificia, ob com-



## Q. VID. OFFERRE ET SACRIFI.

memorationes eorum celebrabat, nihil fecisse aliud, quam passiones eorum, & dies quib. morte testimonium Deo tulerant, & Deum glorificabant, honorificam commemoratione celebrasse, interque aliorum martyrum memorias, hos novos quoque martyres nominasse, uel nomen eorum obtulisse, hoc est nomen eorum cum laude, ceu in Dei & Ecclesie celebriore auditu protulisse & extulisse. Id quod semper faciebant cum singulari gratiarum actione ad Deum, pro tanta Martyrum gloria, adeoque salutaribus Ecclesie ornamentis atque exemplis, nec non oratione pro Ecclesia presente, ut Dominus illi daret, fidem tam preclaram martyrum fortiter imitari. Offerre itaque & sacrificium facere pro defunctis sanctitate & fide illustrib. erat magnifice, & preciosa quadam solennitate gratias agere Deo, qui illos tam preclaris donis suis ornasset, & orare eum, ut Ecclesie suae daret talibus exemplis in omni pietate proficere. Id quod in antiquioribus collectis orari solet.

Ex quo more Graeci hodie in administratione. S.

- „ Item offerimus tibi rationale hoc obsequium, pro his
- „ qui in Christo requiescunt pro patribus, patribus,
- „ patriarchis, Prophetis, Apostolis, Euangelistis, Mart-
- „ tyribus, Confessoribus, continentibus, & omni spiritu in se

## PRO DEFUNCTIS.

in fide discedente, præsertim sanctissima, & intemerata, plusq̃ benedicta gloriosa regina nostra Deipara, & semper uirgine Maria.

*Quid offerre & sacrificare pro fidelibus uulgaribus.*

## Cap. XVII.

Nunc igitur uidendum, quid fuerit. S. Patribus offerre, & sacrificium facere pro defunctis, qui ut debiliore, ita & iam minus testificata fide, hinc minus huiusmodi defunctorum recitare in solenni prece, ad oblationes Ecclesiæ, uel sacrificium cænæ Domini, cum gratiarum actione pro eis, atq; oratione, qua quietem illis precabantur beatam in Christo, & foelicem resurrectionem celebrare.

*De defunctis non  
Mariyibus.*

Hoc primum certo cognosci potest, & ex Canone illo, quem supra ex Epistola D. Cypriani nona libri primi, adscripsimus, tum ex omnibus funebribus orationib; & Epitaphijs D. Ambrosij, Basilij, Gregorij, Nazanzenij, Hieronymi, Sicut & ex descriptione ceremoniæ funebri quæ est apud Dionysium in Ecclesiastica Hierarchia capite ultimo.

Etenim Canon ille, cum rationem subijceret, cur ueteret offerre pro eo, qui Clericum suorum fecisset uel curatorem uel tutorem, aut sacrificium p̃ dormitiõe eiusmodi



## Q. VID VETERES SANCTI

modi celebrare, his uerbis usus est:

- » Neq; enim ad altare Dei meretur nominari qui ab  
 » Altari sacerdotes & ministros suos auocare uoluit.

Hic uides hos Patres, idem dixisse, nominare alios  
 quem ad altare Dei, & offerre p aliquo, & sacrificium  
 pro alicuius dormitione celebrare.

Porro quia ex deprauato intellectu huius ritus ue-  
 teris, q̄ Ecclesia defunctis in Domino, in solennibus  
 suis precibus precata est ueniam peccatorum, & bea-  
 tam cum Christo requiem, purgatorium uestigij pri-  
 mum excogitatum, atq; succensum est, tractatu huius  
 de sacrificijs ueterum pro uiuis & defunctis, conuenit  
 subijcere, & de eo aliquid: Quo sensu uet̄ Ecclesia de-  
 functis in Domino, quos tamen non dubitabat iam,  
 accepta plena peccatorum uenia, esse consortes gau-  
 diorum coelestium, orauerit illis peccatorum ueniam,  
 & coelestia gaudia. Deinde quo Paralogismo ex co-  
 orandi schemate purgatorium primum sit excogita-  
 tum, & quibus deinde deprauationib. confirmatum,  
 ac quid Ecclesiae incommodarit.

*Sanctos patres cum defunctis precatur remissionem pec-  
 catorum & coelestem quietem, non uoluisse illis haec pri-  
 mum impetrare, sed testari ea iam illis esse percepta.*

## DEFUNCTIS. PRECATI.

Constat uero Ecclesiam Christi, tempore etiam uetustissimorum patrum, precatam esse, & sacrificasse p̄ defunctis, eisq; & ueniam peccatorum, & quietem Christi orasse. Verum id non eo fecerunt, q̄ dubitarent illos remissionem peccatorum iam esse consecutos, & beatam illam quietem iam obtinere, felicemq; uitam cum Christo agere (nam in eisdem precibus gratias Deo pro illis agebant) qui eos iam in celorum quietem, & uitam beatam recepisset. Ecclesiasq; eos hoc nomine cōmendabant, & iugentes ob id in oratione funebri de obitu Valentiniani iunioris dixit D. Ambrosius:

Nec nos quidem dubitemus de meritis Valentiniani, sed iam credamus uel testimonijs Angelorum, quod deterfa labe peccati ablutus ascendit, quem sua fides lauit, & petitio consecrauit. Credamus, quia ascendit a deserto, hoc est, ex hoc arido & inculto loco ad illas florulentas delectationes, ubi cum fratre co- iunctus aeternæ uitæ fruitur uoluptate: Beati ambo, si quid meæ orationes ualebunt, nulla dies uos silentio præteribit, nulla inhonoratos uos mea transibit oratio, nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione transurret. Omnibus uos oblationibus

*At hic catechumenus & multa infirmitate uitæ ex hac uita rapitus erat. Baptismi scilicet.*

*En fruitur iam cum fratre Gratiano aeternæ uitæ uoluptate.*

b frequen-



- » frequentabo. Quis prohibebit innoxios nominare?  
 » Quis uetabit cōmēdationis p̄secutionem complecti?

Animaduerte hic, quid sanctus Antistes memorie Valentiniani & Gratiani polliceat. Nulla inquit dies uos silentio prateribit, nulla nox non donatos aliqua precum mearū contextione transcurrat, omnibus uos oblationibus frequentabo. At qua de causis optime pater, ut ereptos purgatorio in cœlum tuis precibus illos transferas? Credamus, inquit, ante pollicitationem istam precum suarum, quia ascendit (De Valentiniano loquitur) ex hoc arido, & inculto loco, ad illas florulentas delectationes, ubi cum fratre coniunctus aternæ uitæ fruitur uoluptate. At si D. hic Episcopus aternæ uitæ uoluptate frui iam hos pios imperatores & credebat ipse, & fidem huius facere toti ecclesiæ suæ uolebat, & defuncti sorores eo maxime consolari, ad quid opus erat illos donare precibus suis diurnis & nocturnis? Quid prosequi eos conueniebat omnibus oblationibus? Pertinebat hoc, cum ad ipsorum honorem, tum ad ædificationem piog. Unde & illud addidit: Nulla inhonoratos uos meam transibit oratio: Et, Quis prohibebit innoxios nominare? Quis uetabit commendationis p̄secutione complecti?

Nota, nominare  
 innoxios idem erat  
 quod nominare eos  
 nam in solemnibus  
 Ecclesiæ recit

Idem uideas in oratione huius Antistitis habita de obitu Imperatoris Theodosij. Ita enim prædicat de eo:

Manet ergo in lumine Theodosius, & sanctorum cœtibus gloriatur. Illic nunc complectit Gratianum iam sua uulnera non mœrentem, quia inuenit ultorem. Qui licet indigna morte præuentus ac præreptus, requiem animæ suæ possidet. Ille bonus uterq; & pietatis interpres largius misericordiæ suæ consortio delectatur.

Item:

Nunc se Augustæ memoriæ Theodosius regnare cognoscit, quando in regno Domini nostri Iesu Christi, & considerat templum eius. Nunc sibi Rex est, quando recipit etiam filium Gratianum, & pulchram dulcissimam sibi pignora, quæ hic amiserat, quando eius fraccilla adhæret fidelis anima Deo, quando Constantino adhæret.

Et tamen in eadem oratione, & ista dixit:

Conteror corde, quia ereptus est uir, quem uix possumus inuenire. Sed tamen tu solus Domine inuocandus es, tu rogandus, ut eum in filiis repræsentes. Tu Domine custodies etiam paruulos in hac humilitate, saluos facito sperantes in te. Da requiem pfecto seruo tuo Theodosio, requiem quam præ-

b ij

parasti



## QVID VETERES SANCTI

22 parasti sanctis tuis. Illo conuertatur anima eius, unde  
 22 descendit, ubi mortis aculeum sentire non possit, ubi  
 22 cognoscat mortem hanc non hominis finem esse, sed  
 22 culpæ. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est,  
 22 ut iam peccato locus esse non possit. Resurget autem,  
 22 ut perfectior renouato munere, uita reparetur. Dicit  
 22 lexi, & ideo prosequor eum usque ad regionem uirum,  
 22 nec deseram, donec fletu & precibus inducam uirum,  
 22 quo sua merita uocant, in montem Domini sanctum,  
 22 ubi perennis uita, ubi corruptelæ nulla contagio, nullus  
 22 gemitus, nullus dolor, nulla consortia mortuorum,  
 22 uera regio uiuentium, ubi mortale hoc induat in  
 22 mortalitatem, & corruptibile hoc induat incorrupta  
 22 onem.

Vide, sanctus Episcopus orat Deum, ut Theodosio  
 det requiem illam, quam gloriatur illum iam posse  
 sidere: Orat, ut eum in filiis representet, ut eo conuertatur  
 anima eius, unde descendit, persecutus se dicit eum fletu  
 tu, & precibus, donec introducat, quo eum uocant sua  
 merita, in montem Dñi sanctum, ubi perennis uita &c.  
 Et testatur tñ eum iam manere in lumine, & sanctorum  
 catibus gloriari, iam cum Christo regnare. Ad  
 quid igitur dari Theodosio orabat, quod datum ei præ  
 dicabat? Cur uolebat suo eum fletu, & precibus eo deducere,

ducere, ubi regnare eum iam cum Christo testabat:

Hanc erga defunctos precādi figuram & rationem, D. Dionysius explicat in ultimo capite Ecclesiasticæ Hierarchiæ, ubi cum idem sibi obiecisset, ista tradit:

Ecclesiā uelle ita ad postremum suo defungi munere, absoluedi a peccatis: Velle se his precibus suis,

(quæ cum nitantur promissione Dei, irritæ esse non possunt) de uita & resurrectione defunctorum facere

certiorem: uelle deniq; hac ratione, & mortuos de dis-

cessu sanctorum, & charorum hominum consolari, adeoq; in uniuersum etiam fidem & expectationem

beatæ resurrectionis profiteri, & fidelibus confirmare.

His ergo de causis Ecclesiæ precabantur defunctis in fide Christi, eam quietem & uitam cum Christo,

de qua simul gratias agebant Domino, quod eam illis iam contulisset (quod quidem attinet ad spiritum)

quaq; non dubitabant etiam collaturum illorū corporibus per resurrectionem, quæ adhuc expectabat.

Hinc idem Ambrosius ad Faustinum, cum consolari eum uellet de obitu sororis suæ, scripsit.

Tot igitur semirutarum urbium cadauera, terrarumq; sub eodem conspectu exposita funera, non te

admonent, unius, sanctæ licet & admirabilis foeminae, decessionem consolabiliorem habendam, præsertim

*Causæ, cur uetus Ecclesia remissionem peccatorum in coelestem quietem defunctis orabat, quam consecutos eam predicabat.*

*Epist. viij. lib. ij.*



## QVID VETERES SANCTI

- „ cum illa in perpetuum pstrata ac diruta sint, hæc autē  
 „ ad temp<sup>9</sup> quidem erepta nobis, meliorem illic uitam  
 „ exigat? Itaq; non tam deplorandam, quam profes-  
 „ quendam orationibus reor. Nec moestificandam lae-  
 „ chrymis tuis, sed magis oblationibus animam eius  
 „ Dño cōmendandam arbitror.

Ad quid uero anima illa prosequenda erat oratio-  
 nibus: ad quid commendanda Domino oblationi-  
 bus, siquidem meliorem iam uitam exigebat cum  
 Christo: ut Dominus hanc quidem ipsam meliorem  
 uitam, quam iam exigebat, per resurrectionem cor-  
 pori eius perficeret, sed non ob hoc solum, uerum eti-  
 am ut hoc illi dilectionis officium ultimum frater p-  
 staret, indeq; se de eius discessu magis consolaret, si-  
 mata scilicet spe, spiritu sororem in ea beata uita bre-  
 ui conueniendi & complectendi, & in optata resur-  
 rectione illam etiam corpore recipiendi. Necesse n-  
 est, ut uerum sit quod dixit Dominus: habere uitam  
 æternam, & non uenire in iudicium, sed de morte ad  
 uitam transiuisse, quicumq; sermonem eius audierit,  
 & crediderit ei, qui eum nobis misit, patri. Epistolam  
 hanc D. Ambrosij plegant totam, qui nosse uolunt,  
 quam certa uetus Ecclesia fuerit, de foelicitate eorum  
 qui in fide Christi moriuntur, utq; hanc fiduciam in  
 nullis

nullis posuit meritis defunctorum, sed totam fixam habuerint in merito Domini nostri Iesu Christi.

His similia legis & in orationibus funebribus D. Basilij & Nazaneni, Item in Epitaphijs. D. Hieronymi, quæ qui attente legerit, is non dubitabit, ueteres sanctos in precibus, pro defunctis suis, quibus illis uel priuatim, uel publice in Ecclesia remissionem peccatorum, & beatam quietem apud Christum precabantur, non hoc egisse, ut peccatis illos suis precibus liberarent, & in beatam Christi quietem transferrent.

Palam enim prædicabant hoc ipsum Dei beneficium illos iam fuisse adeptos, & agebant patre celesti de eo gratias per Christum Dominum: Sed secisse eas preces, atque habuisse, ceu oblationes & confirmationes huius beneficii iam percepti, unde & superstitibus consolabantur, & ad progrediendum in noua uita, quærendumque ea quæ in supernis sunt, exhortabantur.

Qua precandi ratione & figura Ecclesia etiam utitur in illis precibus quibus precatur gratiam Dei, & remissionem peccatorum adultis baptizandis aut peccatis absoluentis, qui iam cum uera peccatorum poenitentia Christo Domino ex toto corde credunt,

*Etiam uis incedit  
dum oramus remissionem peccatorum, quos tamen percepisse hanc gratiam non dubitamus.*

eoque



## QVID VETERES SANCTI

eoq; iam remissionem peccatorum suorum habent,  
 & uitam æternam, iuxta illud; Qui credit in me habet  
 uitam. Placet enim Domino, ut eius beneficia ita,  
 qua possumus ratione, nostris precibus, & ad hoc in-  
 stitutis ab ipso sacris ministerijs, prosequamur, & fra-  
 tribus; atq; adeo toti Ecclesiæ confirmemus. Hinc  
 fuit & illud, quod Ananias Paulo, quanq; credenti iam  
 & in gratiam Dei recepto, dicebat iussu Domini: Sur-  
 ge frater ut baptizeris, & abluaris peccatis tuis. Qua  
 sane ablutione Ananias opus Dei, quod in Paulo iam  
 præcellerat, suo ministerio est profecutus: absolutio-  
 nemq; a peccatis eam, quam ille iam a Domino ipso  
 præceperat, simul atq; ei credidit, & dixit: Domine  
 quid me uis facere? Sacramento Baptismatis oblige-  
 nauit & confirmauit. Ita ut & circumciso Abraham  
 iam ante credenti & iustificato, fidei præeuntis & ius-  
 tificantis  $\sigma\phi\sigma\alpha\gamma\iota\sigma$  fuit & obsignatio. Ro. iij.

Quare ceremonia  
 funebres dictæ sint,  
 oblationes.

Porro, quia has pro defunctis preces, & gratiarum  
 actiones, Ecclesia ueterum fecit adiunctis fere oblati-  
 onib. in usum pauperum, & ad augendum, ornandum-  
 q; sacrum ministerium, uocatae sunt actiones & cere-  
 moniæ eiusmodi funebres, oblationes & sacrificia.  
 Quanq; S. Patribus ipsæ quoq; preces & gratiarum  
 actiones p se oblationes aliquando dictæ sunt, etiam  
 ubi

ubi nulla fidelium munera simul offerebantur. Vnde  
D. Chrysostomus illud scripsit:

Quin & in precib. uiderit, quis populum multum  
simul offerre, cum pro energumenis, tum pro pœni- *Preces uocate ob-*  
tentibus: communes enim preces, & a sacerdote, & ab *lationes.*  
illis fiunt, & omnes unam dicunt orationem, oratio-  
tionem misericordia plenam.

Ecce preces populi & sacerdotis, pro energume-  
nis, atq; pœnitentibus, atq; ipsa præsentæ Ecclesiæ, ob-  
lationes uocat.

Porro, quia sancti ueteres in omnibus grauioribus  
precibus pro natura fidei sequentis illud: Ne appareas  
uacuis in conspectu meo, proq; studio uero supplicã-  
di Deo, oblationes Deo offerebant, id in funebribus  
precibus, peculiari faciebant benignitate, luctu scilicet  
ob mortem fratrum humiliati, & prædicatione Chri-  
sti grauiore, ad quærenda cœlestia magis inflammati.

Sunt enim eiusmodi oblationes, ceu reales quædam *Oblationes ceu rea-*  
fidei professiones, & ad Deum supplicationes, gratia- *ales preces sunt &*  
rumq; actiones. Vnde scilicet est, ut q; terrenis prin- *gratiarum actiones*  
cipibus uolunt studiosius, uel agere pro acceptis be-  
neficijs gratias, uel orare ab illis singularia beneficia,  
aut ueniam rogare grauiorum peccatorum, aliquam  
adhibeant sui cõmendationem, per munera, non qui-  
bus



LIB. II.

QVID VETERES SANCTI

bus principibus se tanto ditioribus aliquid conferant, sed quibus testentur gratam erga illos & supplicem suam ipsorum uoluntatem.

Oblationes itaque apud ueteres in funebribus precibus, praesertim publicis rarissime deerant. Sacrificium uero cænae Dominicae in alijs Ecclesijs adiungebatur, in alijs minus. In Augustini Ecclesia adhiberi solebat, Vnde de funere matris suæ ita scripsit, libro confessionum suarum x. cap. xij.

- » Cum ecce corpus elatum est, imus & redimus sine
- » lachrymis. Nam neque in eis precibus quas tibi fudis-
- » mus, cum offerretur pro ea sacrificium precij nostri,
- » iam iuxta sepulchrum posito cadauere, sicut illic fieri
- » solet. Sicut illic, inquit, fieri consuevit, is ergo mos non
- » ubique obseruabatur. Sacrificium precij nostri uocat
- » cænam Domini, quia precium nostrum in ea uerbis &
- » sacramentis celebrari debet, atque exhiberi.

In Ecclesia Dionysij cæna Domini ceremonia sine nebris non adiungebatur, quod satis cognoscitur ex descriptione huius ceremoniae, quam hic uir Dei paldit memoria in Ecclesiastica Hierarchia sua capite ultimum fieri consueuerant, recensuerit, cænae Dominicae hunc modum. Describit autem ceremoniam eam ad

Cere

## DEFUNCTIS PRECATI.

*Ceremonia funebris descripta a D. Dionysio.*

Episcopum solitum fuisse sacrum cogere cœtum, & funus in conspectum proponere, ante altare (si ex clero mortuus fuisset) uel ante stationem sacerdotale: (siquidem fuisset ex monachis, aut ex plebe) Tum precem facere cum gratiarum actione, In qua scilicet gratias Deo pro misericordia Dei, facta defuncto ageret. Inde ministros recitare consueuisse lectiones scripturarum & Psalmos cantare, in quibus promissiones resurrectionis cōmemorantur. Mox primum inter ministros solitum fuisse his lectionib. & Psalmis finitis dimittere catechumenos, & recitare ac prædicare sanctos defunctos, & cum his etiam eum, cuius ut beatum funus erat, atq; hortari omnes præsentem, ut beatam in Christo consumationem expeterent. Post hæc Episcopū præcem sacratissimam sup defuncto facere, in qua prece, ut ipse Dionysius explicat, precabatur defuncto a diuina clementia, ut ei peccata quæ admisset per humanam infirmitatem, remitteret, & eum collocaret in lumine & regione uiuētium, in sinibus Abraham, Isaac & Iacob in loco, a quo abscedit dolor, & ægritudo & gemitus. Finita hac oratione Episcopum solitum fuisse salutare defunctum, & post eum præsentem omnes, Quo facto infudisse Episcopum defuncto oleū, factaq; præce p omnib. deposuisse

*Nota, Primum  
gratias agi solitas  
p salute defuncti.*



## LIB. II.

## QVID VETERES SANCTI

corpus defuncti in honesto sepulchro, & cum ceteris sanctis corporibus.

His actionibus & rebus constabat ceremonia fune-  
nerum, quam descripsit Dionysius, quas cum sit ex-  
cursus tam diligenter omnes, & quidem minutissimas,  
dubium non est de cæna Domini haudquaquam fuisse  
taciturnum, siquidem & illa tum & in ipsius Ecclesia  
funeribus consueuisset adhiberi. In multis tamen

*Quæ cæna Do-  
mini adhibita sit a  
ueteribus ceremo-  
nia funebri.*

illa Ecclesijs, ac maxime occidentalibus adhiberi so-  
neribus, & commemorationibus defunctorum solita  
ta fuit, non omnibus quidem, in solennioribus tamen,  
idque ea de causa: Quod spem resurrectionis in hac per  
prædicationem mortis Christi, & cõmunicationem  
corporis & sanguinis Christi maxime confirmatur,  
studiumque nouæ uitæ præcipue excitatur, ad quæ ho-  
mines in funeribus & commemorationibus defun-  
ctorum hoc magis idonei sunt, quod ex præsentibus fune-  
neris uel mortuorum cõmemoratione, de uis peccati,  
quo mors inuecta est, & iudicij diuini seueritate, quæ  
propter sola peccata metuenda est, grauius & efficacius  
admonentur.

*Quæ præcipue in funebribus ceremonijs agebantur.*

Tria enim hæc, uetus Ecclesia in ceremonijs fune-  
neralibus, atque defunctorum cõmemorationibus, religiose  
curauit.

## DEFUNCTIS PRÆCATI.

curabat. Primum ut præsentēs diligenter docerentur & monerentur de peccati atrocitate, & iudicij diuinitate, quo peccatorum poenitentia in eis excusaretur. Tum ut mors Christi, & resurrectio qua peccata nostra expiata sunt, & beatæ resurrectionis cõmunicatio nobis impetrata, pro consolatione lugentium magnifice prædicaretur. Deniq; ut exhortatio ad præsentēs fieret, ut studerent peccato iugiter mori, mundo crucifigi, terrena omnia abnegare, & uiuere iustitiæ, uiuere Christo Domino, quarere & sectari quæ sunt Dei & Christi, spesq; omnes fixas habere in cõlis.

His autem admonitionibus homines ad digne & salutariter peragendam Cænam Dominicam, & percipiendam communionem corporis & sanguinis Domini, maxime idonei reddebantur, ea igitur de causa pleriq; sanctorum patrum, cõeperunt & cænam Dñi in funerum ceremonijs atq; solennioribus defunctorum commemorationib. simul adhibere, Non sane ut mortuis eo aliquid cõferrent, aut eos ex purgatorio liberarent, nam ut dictum, gratias pro ipsorum poenitentiam iam in cõelum receptis, sed ut uiuos ad poenitentiam peccatorum commotos instaurarent in fide & uita Christi.



Hæc ideo tam multis uolui hoc loco exequi. Primum, ut ne quid uiderer tibi in .S. Patrum auctoritatibus dissimulare, unde tu nobis infligi plagam putas: Deinde ut bonis mentibus certius ostenderem, cum, quas .S. Patres oblationes, & quæ sacrificia pro uiuis & defunctis fecerunt, tum quid etiam per illa præstare uoluerunt, siue Deo, siue hominibus, & his, siue hic superstitibus, siue hinc sublatis, & sublatis hinc, siue cum sanctitate probe testata & celebri, siue cum obscura & dubia.

Quo Paralogismo, ex ueteri illo schemate orandi pro defunctis illatum Purgatorium sit. Cap. XIX.

Hæc ita se habere dubitare nemo poterit, qui pietatem & religiose perpenderit, & quas ex .S. Patrum sententias adscripsi, & cætera eorum scripta. Sed superest, quod ad mortuos attinet, scrupulus ex D. Augustini dictis, quem præterire non debeo. Rescripsit enim ille Dulcitio ad alteram eius quæstionem, quod & in libro de cura pro mortuis agenda repetijt:

” Tempus autem, inquit, quod inter hominis mortem, & ultimam resurrectionem positum est, animas abditis receptaculis cõtinet, sicut unaquæque digna est, uel requie uel ærumna, pro eo quod sortita est in carceribus, dum uiueret, Neque negandum est defunctorum animas

Aditæ receptacula  
et ærumna,  
ergo purgatorium  
aliquid et punitio  
vultus

mas pietate suorum uiuentium releuari, cum pro illis  
 sacrificium mediatoris offerret, uel Eleemosyna in Ec-  
 clesia fiunt. Sed eis hæc p'sunt qui cum uiueret, ut hæc  
 sibi postea possent p'desse, meruerunt. Est enim qui-  
 dam uiuendi modus, nec tam bonus, ut non regrant  
 ista post mortem, nec tam mal<sup>9</sup>, ut ei non profint ista  
 post mortem. Est uero talis in bono, ut hæc non re-  
 quirat, est & rursus talis in malo, ut nec his ualeat,  
 cum hæc uita transferit adiuuari.

Hoc loco uir Dei diserte genus quoddam homi-  
 num ponit, quorum animæ cum in ærumna sint, pie-  
 tate uiuentium releuent, & indubie eadem, qua detis-  
 sent, ærumna. Inde in eadem respõsione ita scripsit.  
 Cum ergo sacrificia siue altaris, siue quæcumq; elee-  
 mosynar, p' baptizatis defunctis omnibus offerunt,  
 pro ualde bonis gratiar, actiones sunt, pro non ualde  
 malis, ppiciationes sunt, p' ualde malis, etiam si nul-  
 la sint adiuumenta mortuor, qualescunq; uiuor, con-  
 solationes sunt. Quibus autem profunt, aut ad hoc  
 profunt, ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior  
 fiat ipsa damnatio.

*Ad quid profint  
 defunctis sacrificia  
 uiuorum.*

Hæc iam perpende Latome, & cum cæteris. S. Pa-  
 trum atq; ipsi<sup>9</sup> Augustini Orthodoxis dictis, confer:  
 Quibus autem profunt, inquit, aut ad hoc profunt, ut  
 sic



LIB. II.

IN QVO PARALOGISMO

fit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio. Posterius negat recentior Theologorum schola, prius negat concors .S. Patrum sententia. Scholastici enim, sacrificijs Ecclesiae nihil puenire censent ad eos, qui ad gehennam condemnati sunt, nec etiam gehennae condemnationem mitigari posse, aut tolerabiliorem fieri. Apud sanctos patres uero hoc dogma catholicum est: omnem remissionem peccatorum hic fieri, & illam plenam, nec quicquam ei in aliud locum differri. Quando istinc, scribit Cyprianus, excessum fuerit, nullus iam locus poenitentiae est, nullus satisfactionis effectus. Hic uita aut amittitur aut tenetur, hic saluti aeternae cultu Dei, & fructu fidei prouidetur. Nec quisquam aut peccatis retardetur, aut animis, quo minus ueniat ad consequendam salutem. In isto adhuc mundo manenti, poenitentia nulla sera est, patet ad indulgentiam aditus: & quarentibus atque intelligentibus ueritatem facilis accessus est. Tu sub ipso solo licet exitu, & uita temporalis occasu per delictis roges Deum, qui unus & uerus est, confessionem & fidem eius agnitionis implores, uenia confitenti datur, & credenti indulgentia salutaris de diuina pietate & misericordia datur, & ad immortalitatem sub ipsa morte transire. Hanc gratiam Christus impartit, hoc munus misericordiae

Cyprianus tractatu primo contra Demetrianum.

Nota, ad immortalitatem sub ipsa morte transire.

## PURGATORIVM ILLATVM.

recordia: suae tribuit, subigendo mortem tropheo crucis, redimendo credentem precio sanguinis sui, reconciliando hominem Deo patri, uiuificando mortalem regeneratione coelesti.

Et Ambrosius de bono mortis libro i. cap. ij.

Deniq; festinabat etiam sanctus Dauid de hoc loco peregrinationis exire dicēs: Aduena ego sum apud te in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei. Et tanq; peregrinus sicut omnes patres mei. Et ideo tanq; peregrinus ad illam sanctorum cōmunem omnium patriam festinabat, petens pro huius commorationis inquinamento remitti sibi peccata, priusq; discederet de uita. Qui enim hic non acceperit remissionem peccatorum, illic non erit. Non erit autem, quia ad uitam æternam non potuerit peruenire, quia uita æterna remissio peccatorum est. Ideoq; dicit: Emitte mihi ut refrigerer, priusq; eam & amplius non ero.

Idem omnes .S. Patres qui ante D. Augustinum scripserunt confitent & p̄dicant, huius uitæ esse percipere remissionem peccatorum, & uitam æternam atq; totam, frui autem illa, & ea perfecta, esse uitæ futuræ. Inde ex Apocalypsi recte cecinerunt in cōmorationibus defunctorum.

Et Dauid remissione peccatorum iustificari quasi uult

Qui hic non acceperit remissionem peccatorum, illic non accipiet



## LIB. II.

## M QVO PARALOGISMO

» Beati mortui qui in Domino moriuntur. In Domino autem moriuntur, quicumq; hinc discedunt fide de Dñi. Hi uero si beati etiam sunt, statim transeant de morte ad uitam, & eam quædem beatam, atq; æternam, necesse est:

Inconsiderate igitur istud a D. Augustino, & cum Orthodoxa doctrina dissentaneum scriptum est: Sacrificia & preces Ecclesiæ prodesse certo defunctorum generi, uel ut plena eis contingat peccatorum remissio, uel tolerabilior sit eorum poena. Qui enim condemnati sunt, de horum poenis, nihil remittetur, nec pertinent ad Ecclesiam, ut ullo Ecclesiæ iuuentur officio. Si uero remissionem perceperunt peccatorum, eam acceperunt Christi, non suo ipsorum merito, acceperunt plenam, non in purgatorio perficiendam. Nec enim est ullus ut D. Cyprianus ex orthodoxa & catholica fide testatur, in futura uita, uel poenitentia locus, uel satisfactionis effectus. Quæ omnia narrantur eo Domini dicto. Qui audit sermonem meum, & credit ei, qui me misit, is habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, sed transiit de morte ad uitam.

Nec uero tantum cum alijs. S. Patrib. hæc D. Augustini coniectatio de ratione & modo releuationis, quæ

qua quosdam defunctorum officijs putat releuari uiuentium, dissentit, uerum etiam cum eo, quod ipsemet scriptum alias reliquit. Nam in compendio illorum sententiarum catholicae doctrinae ita scripsit:

Tale aliquid etiam post hanc uitam fieri incredibile non est, & utrum ita sit quæri potest: & aut inueniri, aut latere: non nullos fideles per ignem quandam purgatorium, quanto magis minusue bona percun-  
tia dilexerunt, tanto tardius, citiusque saluari, non tantales, de quibus dictum est, quod regnum Dei non possidebunt, nisi conuenienter poenitentibus eadem crimina remittantur.

Hic cernis D. Augustinum nihil amplius de purgatorio igni affirmare, quam hoc, purgari post hanc uitam animas non esse incredibile, & quæri posse, posseque inueniri, posse etiam latere. Incerta igitur tunc in Ecclesia hæc fuit de purgatorio opinatio, nec affirmari a quoquam certo potuit, quo circa nec tradita fuit ab Apostolis, nec pertinere hodie potest, aut unquam potuit ad doctrinam Christi. Hanc enim Apostoli Ecclesijs cum sanguine suo totam profuderunt, & indubitata, quam cum uere amplexi sumus, credimus, nihil esse ultra, quod credere debemus, ut Tertullianus pie testatus est.

*Ad Laurentium  
capite. lxxix. & ad  
quæst. i. ad Dulcitium.*

*Opinio de purgatorio adhuc Augustini tempore incerta: Ergo semper incerta, & docenda in Ecclesia nunquam.*

*Tertul. de præscriptionibus.*



## LIB. II.

## DE QUO PARALOGISMO

*Apostoli totam  
Christi doctrinam  
Ecclesijs tradiderunt,  
ad hanc ergo  
non pertinet, quod  
illi non tradiderunt.*

Si itaq; incertum est, esse purgatorium, atq; adeo in Ecclesia nequaq; docendum, ut in qua ea tantum doceri debent, quæ nobis a Domino, & Apostolis certo sunt tradita, incertum & illud est, nec in Ecclesia affirmandum, esse animas, quæ postq; hinc decesserunt, pietate uiuentium releuent, ut uel plenam percipiant peccatorum remissionem, uel tolerabiliorem sustineant damnationem.

Illud uidetur uiro huic, alioqui attentissimo, impo-  
fuisse, quod non animaduertit, quid uetus Ecclesia pro-  
cibus pro defunctis efficere uoluerit, & quæ propria illi  
causa huius rei fuerit, Existimauit enim Ecclesiam  
nulla alia de causa orare, & sacrificare pro defunctis,  
q; ut illis, quam nondum haberent, peccatorum remis-  
sionem, & beatam cum Christo quietem impetraret.  
Nisi igitur uel aliquibus defunctis hoc ipsum benefi-  
cium a Domino exoraret, consequi putabat, Ecclesia  
tam temere has pro defunctis preces facere, & hæc sa-  
crificia. Id uero iudicabat omnino absurdum, cum  
Ecclesia regatur a spiritu sancto, qui certo omnia sine  
instituit & perficit.

Cum itaq; dubitare non posset Augustinus, esse in  
defunctis, qui plene fruerentur iam statim a discessu  
ipsarum animarum a corporibus suis, plena gratia, &  
quiete

quiete Domini: esse etiam tam deploratos impietate,  
 qui nullis possint Ecclesiæ precibus atq; sacrificijs iu-  
 uari: Excogitauit itaq; tertium quoddam genus de-  
 functorum, nec tam bonum, ut ista Ecclesiæ officia  
 non requirat, nec rursus tam malum, ut ea illi non p-  
 sia preces p defunctis, & sacrificia prodesse, & ea quæ  
 uerba precum sonant, impetrare, hoc est, aut plenam  
 peccatorum remissionem, aut tolerabiliorem condem-  
 nationem. Vbi uero fierent pro ualde bonis, esse gra-  
 uorum actiones, ubi pro ualde malis, qualescunq; ui-  
 uorum consolationes.

At si hæc conclusio certa erat, ut sane tanq; certa  
 proponi ab Augustino uidetur, & in responsione ad  
 Dulcitium, & in libro de cura agenda p mortuis: non  
 debebat in Enchiridio scribere, quari posse, & posse  
 inueniri, posse etiam latere, an quædam defunctorum  
 animæ per ignem aliquem purgatorium saluentur.  
 Etenim si de purgatorio ipso, hoc est, de statu anima-  
 rum, in quo illæ nondum habeant plenam peccatorum  
 remissionem, & beatam apud Dominum quietem,  
 potest adhuc quari, ac etiam frustra quari, nam addit  
 posse id inueniri, posse etiam latere: quari certe etiam  
 potest, & latere. De animarum liberatione ex hoc statu,  
 d iij quæ



quæ perfici debeat precibus Ecclesiæ, & oblationibus. Qui enim certum sit, quo nam modo aliqui ex carcere liberentur, cum dubium sit, an sit omnino aliquis in carcere.

Planū igitur est, cum illud fuerit, & sit hodie in doctrina ecclesiæ catholicæ cōtrouersum, quod D. Augustinus n<sup>o</sup> in Enchiridio suo scripsit, quæri posse, ac etiam latere, cum quaritur, purgentur ne aliqua animæ post hanc uitam: omnino fatendum esse, etiam quæri & latere posse, si quæ ab hac purgatione animæ per preces & sacrificia uiuorum liberentur. Haud igitur potest esse dogma Ecclesiæ catholicum, quod attulit Augustinus de medio illo genere animarum, quibus per preces atq; sacrificia Ecclesiæ impetretur, uel peccatorum remissio plena, uel mitigatio pœnarum. Cumq; Augustinus hanc ipsam suam opinionem, tanq̄ certam adfert, dissentit plane, & nō solum ab his sanctis patribus, qui Ecclesiam ante ipsum suis scriptis illustrarunt, uerum etiam a seipso proferente, ex doctrina Ecclesiæ, certa & catholica, id incertum esse & dubium: quod iam tamen imaginari quidem ceperrant, nonnullos scilicet fideles per ignem quandam purgatorium, quanto magis minusue bona pereuntia dilexissent, tanto tardius, citiusq; saluari.

## PURGATORIUM ILLATUM.

Paralogismus uero, quo isti purgatorij opinatores implicabant, & in hanc imaginationem deducebant, est a non causa: sic enim colligebant.

Nisi precibus, & sacrificijs Ecclesie, saltem aliqui defunctorum iuuent, ut uel peccatis plenius liberent, uel ut poenas dent pro illis mitiores, Ecclesia frustra per defunctis preces & sacrificia facit. Id autem dicere absurdum est, regitur enim Ecclesia a spiritu sancto qui nihil suggerit temere. Fatendum igitur est iuari defunctorum istis Ecclesie officijs, ut uel peccatorum plenam accipiant remissionem, uel poenarum, quas pro peccatis persoluunt aliquam mitigationem. Ad hunc Paralogismum responderi debet: Ecclesiam per preces & sacrificia pro defunctis non fecisse initio ob hanc causam, ut peccatis illos, aut peccatorum poenis nondum absolutos penitus, absolui plenius impetraret: uel remissionis peccatorum, & perfectae ab omni condemnatione liberationis (praeterquam quod corporis adhuc resurrectio expectatur) quo posset officio, cum sacri ministerij, tum communis dilectionis, prosequeretur: atque hoc ipsum supstitibus ceu obsignaret, indeque eos consolare de discessu defunctorum, & in fide ac studio resurrectionis, uitaeque caelestis, corroboraret, & prouer-

Paralogismus qui  
incendit purgato-  
rium.

Ob quas causas  
Ecclesia uetus pro  
defunctis preces et  
sacrificia fecit.

heret



Proinde, nihil temere, nihil absq; graui causa in co-  
fecit Ecclesia, q̄ pro defunctis preces & sacrificia fe-  
cit, etiamsi adeo non quaesierit defunctis, per eas suas  
preces & sacrificia, plenam primum impetrare peccato-  
rum remissionem, aut poenarum mitigationem: ut  
gratias Domino confidentissime, & plenissimas age-  
re de eo pro defunctis suis consueuerit, quod illos iam  
omnibus peccatis & poenis absolutos, beata apud se  
quiete donasset.

Sed nec Augustinus ipse absurdum istud, Ecclesia  
iam facere aliquid temere, agnoscit consequi ex eo, q̄  
dicitur, ijs defunctis ueniam orare peccatoꝝ, & quiete  
tem coelestem, qui eam iam acceperunt, Nam scribit  
preces illas, & sacrificia, quas Ecclesia facit pro ualde  
bonis, qui scilicet, iam regnant cum Domino, & pos-  
sident id, quod eis Ecclesia orat, tamen non esse fru-  
straneas, esse enim gratiarum actiones. Omnino era-  
go sensit orationes Ecclesiae pro defunctis propterea  
non esse frustraneas, q̄ defunctis id precant, quod illi  
iam acceperant. Consequi enim Ecclesiam alium in  
precibus illis & sacrificijs finem, quam impetratio-  
nem ueniae peccatoꝝ, & quietis coelestis, q̄ defunctis  
suis: nimirum, gratiarum actiones, & laudem Dei q̄  
his beneficijs illis iam collatis. Nec itaq; ex eo quod  
nos

## PURGATORIVM ILLATVM.

nos cum uniuersa Ecclesia, ea, quæ ante D. Augustinum fuit, dicim<sup>9</sup>: orationes Ecclesiæ, & sacrificia, quæcumq; illa pro defunctis in Domino, etiam quibusuis obtulit, fuisse gratiarum actiones pro illis, ac præterea etiam superstitem admonitiones, & consolationes, consequi potest, nec etiam iuxta D. Augustini sententiam, Ecclesiam propterea aliquid admisisse in huiusmodi precibus frustraneum. Permagnum enim id est quod Ecclesia eo suo officio consecuta est, quo scilicet & Deum glorificauit, & fideles eius in pietate ædificauit, ea scilicet ratione, quam supra explicauimus.

Infertur igitur omnino absurdum istud: Ecclesiam temere & frustra orare, & sacrificare pro defunctis, si non uel aliquibus hoc officio suo impetret ut peccatis & peccatorum poenis plene liberentur, a non causa.

Non enim istam ob causam pro illis orat, & sacrificat Ecclesia, sed ut Dionysius docet, has ob causas: ut hæc Dei gratiam iam perfectam suo ut potest prosequatur officio, agat gratias, & obsignet eam superstitem<sup>9</sup>, hofq; in pietate ac studio nouæ uitæ instauret.

Porro quod absurdum illud sit in uniuersum, aliquid ab Ecclesia fieri non iustis de causis dictum supra est. D. Augustinus certe ipse quæritur suo iam tempore multa fuisse in Ecclesia admissa, quorum ratio idonea



LIB. II.

AERII ERROR DE PRECIBVS

nec tum quidem ulla reddi potuit.

Quod igitur ad Augustini auctoritatem attinet, in eo quod scripsit: quosdam hinc discedentes animas per Ecclesiæ preces & sacrificia, percipere primum plenam peccatorum remissionem, aut poenarum aliquam mitigationem eo nobis iure utendum est, quod ipse nobis & omnibus fidelibus confirmavit, ut scilicet non recipiamus, quod attulit, de hac defunctorum relevatione, per preces & sacrificia Ecclesiæ, ideo quia ipse id affirmavit, quantalibet polluerit & doctrina & sanctitate, dum id ipsum non etiam persuasit, uel per auctoritates Canonicas, uel per probabiles rationes.

*Quis fuerit error Aerij de precibus pro defunctis ab Epiphanio confutatus. Cap. XX.*

Sed Aerij forsitan hæretici obijciens condemnationem, qui ob id condemnatus est, quod negavit orandum esse pro defunctis. Atqui Epiphanius memorat hunc Aerium dånasse recitari in solenni Ecclesiæ nomina mortuorum, & id ex eodem fecisse paradoxismo, quod putarit ideo orare Ecclesiam pro defunctis, ut eis quam hic respuissent uiui, iam mortuis exoraret peccatorum remissionem. Nam uolens afferere rationem cur Ecclesia frustra sanctos & malo exemplo nominaret in suis precibus, affererat & obijci-

## PRO DEFUNCTIS.

ebat illud tanquam certum Ecclesiæ dogma, mortuos precibus supstitutum non iuari. Proinde cum hunc hæreticum Epiphanius confutat, non affert id, quod D. Augustinus scripsit, non esse negandum defunctos pietate uiuentium releuari, sed ostendit alias & ueras causas huius officij erga defunctos. Et primum, quod ex eo officio fides confirmabatur de existentia & uita defunctorum, & ea uita, qua uiuunt apud Dominum. Alteram q̄ eo & spes corroborabat superstitionibus, quod essent sanctos, qui præcessissent, rursus conueniunt. Postremam, quod simul confessio fiebat humanæ infirmitatis & prauitatis, eoq; Domino Christo suus honor deferabatur, quod solus is sit, qui uixit absq; peccato, & a peccatis nos liberauit.

De purgatorio certe, aut ratione liberandi a purgatorio, nullum ille uerbum adfert. Sed subiiciam eius uerba, & primum ea, quibus commemorat, causam, quam Ecclesiæ Aërius hæreticus faciebat de eo, quod nomina mortuorum in prece solenni recitabat.

Deinde, qua ratione (uerba sunt Aërij) nominatis post mortem nomina mortuorum? Quod enim orat uiuus, aut dispensationem facit (administratiuam Cænæ Dominicæ uocat *διονομιαν*) quid hoc e ñ proficit

*Quæ Aërius obiecit contra preces defunctorum*

“

“



LIB. II.

AERII ERROR DE PRECIBVS

» profit mortuo? Si autem oratio eorum, qui hic super  
 » sunt, eos iuuet, qui illic sunt, nemo studeat religioni,  
 » nemo benefaciat, sed comparet quisq; sibi amicos alie  
 » quos, quo uelit modo, siue hoc eis pecunia psuadeat,  
 » siue precib. ea ab ipsis in fine uitæ suæ impetret, & hi  
 » orent, ne quid illi illic patiantur. neue requirantur ab  
 » eis peccata, quæ immedicabilia admiserunt.

*Aerius nihil de  
 purgatorio.*

Hæc erant, quæ Epiphanius memorat Aerium,  
 Ecclesiæ Dei hac in causa obieciſſe, in quibus tria hæc  
 obserues. Primum nihil illum meminisse de purgato-  
 rio, sed reprehendiſſe tantum nominationem mortuo-  
 rum in sacra ecclesiæ prece, & cæna Domini, atq; ora-  
 tionem quæ pro eis fiebat.

Deinde: Aerium hoc tanq; confessum in Ecclesia  
 sumpsiſſe: defunctos uiuorꝝ precibus & sacrificijs non  
 iuari. Vnde interrogatione illud extulit, *ἢ ὅφρα ἐπινοῶν*  
*ταὺτὸ θεῖον ὄσιον*, quid hinc iuuetur is, qui est mortuus?  
 hoc sumptum Epiphanius minime reijcit.

*Lexoma Ecclesiæ  
 afflicta defunctos  
 officijs uiuorum  
 non iuari.*

Postremo, hæreticum hunc ex ista mortuorꝝ no-  
 minatione, calumniam Ecclesiæ struxiſſe, quasi ex ea  
 inferri possit, non esse opus studio pie uiuendi, & be-  
 nefaciendi, sed posse amicos parari, qui precibus suis  
 impetrent defunctis, ut iudicium Dei hinc disceden-  
 tes effugiant, nec mali aliquid pro peccatis suis pati-  
 antur.

*Anti-*

## PRO DEFUNCTIS.

Animaduerte igitur iam Latome, quibus uerbis  
D. Epiphanius, hanc Aerij calumniam refutet:  
Postea de eo, inquit, quod recitantur defunctorum no-  
mina, quid possit fieri, magis utile, magis oportunum  
ac etiam admirabilius, quam credere superstites, de ijs  
qui hinc discedunt, quod uiuunt, & non desierunt esse,  
sed sunt & uiuunt apud Dominum.

*Nota*  
παρά δ' εὐπρότε  
apud Dominum,  
non igitur in pure  
gatorio.

Hac ergo prima causa est Ecclesiae orandi, atque sacrificandi pro defunctis, ut eo scilicet fideles profiteantur, ac ita sibi fidem confirment, de uita defunctorum, & uita beata, qua illi scilicet uiuunt apud Dominum.

Sequitur in Epiphanio:  
Et ut grauissima praedicatione exponatur, & orationibus pro defunctis spes sit de fratribus, tanquam de ijs qui peregre sunt.

Hac altera causa est precum atque sacrificiorum, quae faciebat Ecclesia pro defunctis. Ex sacris enim & grauissimis scripturarum lectionibus, spes illa fratribus confirmabatur, fore, ut relictis in hac miseria, defunctos apud Dominum, iam a corpore foeliciter peregrinantes, iterum conuenirent, qui nunc ceu peregre sunt a nobis.

Sequitur causa tertia:  
Prodest uero oratio pro defunctis facta ideo (etiam si non omnem culpam abscindat, praesertim cum existentes



## LIB. II.

## AERII ERROR DE PRECIBVS

in hoc mundo labamur subinde, cum inuiti, tum sponte) ut significetur id quod perfectius est. Etenim non solum peccatorum, sed etiam iustorum facimus mentionem: peccatorum, implorantes misericordiam Dei, Iustorum uero, & patrum & Patriarcharum, Prophetarum & Apostolorum, & Euangelistarum, & Martyrum, & Confessorum, Episcoporum, atque in secessu gentium, & totius ordinis, ut scilicet Dominum Iesum Christum separemus ab ordine ceterorum hominum in eo, quod ipsi hunc honorem & cultum tribuimus, cogitantes, quod Dominus conferri non possit ulli hominum, etiam si is in iustitia ultra modum inter homines excellat &c.

Esse confessionem humanæ infirmitatis, ac inde & gloriæ Christi, uir Dei tertiam huius officij causam facit. Nam non solum peccatorum inquit, sed etiam quorumlibet sanctorum, atque inter iustos maxime excellentium mentionem facimus, ut significet, scilicet id, quod est perfectius, Christus Dominus, cuius merito omnes, quolibet sanctimonia & iustitia persistentes remissionem peccatorum, & uitæ aternæ consortium, perciperunt, ac percipiunt.

Auersarij nostri Colonienses acceperunt illud: Prodest uero oratio, pro ipsis scilicet defunctis, etiam si totam culpam non abscindat, ἀλλὰ τὴν ἐπιταμίαν, indeque inferre

*Veteres precabantur & offerebant etiam pro Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribus &c.*

## PRO DETVNCTIS.

inferre conantur, Ergo partem aliquam culpæ abscindi his Ecclesiæ officijs. Verum id nec Epiphanius subiicit, nec scholastici hoc recipiūt. Nam & hi culpā omnem uiuis remitti agnoscunt, etiamsi figmentum illud de expiatione poenæ in purgatorio āplexi sint. Præterea nec subiicit aliquid de impetranda defunctis ulla, siue remissione, siue mitigatiōe, uel culpæ uel poenæ. Sed dicit clare orationem p̄ defunctis ad id professe, ut significetur quod perfectius est. Cumq; hoc ipsum uult probare, subiicit, quod etiam iustorū mentem Ecclesiæ faciebant, non peccatorū tm̄. Horū quidem ut misericordiam Dei implorantes, illorū, ut Dñm Iesum separem⁹ a cæterorū cōditione hominū, quamlibet iustorum, ut qui Deus sit, & in cælo, cum sancti omnes etiamnum in terris sint, quod quidem attinet ad reliquias corporum, quas in terris adhuc omnes habent, demptis ijs modo, qui cum Domino resurrexerunt.

Sunt quidem uerba huius loci, ut multorum aliorum in hoc scriptore nonnihil obscura, & est forsan oratio alicubi mutila, ut pleraq; in hoc autore describentium uitio deprauata apparent. Id tñ abunde certum ex uerbis eius percipitur, quod nequaquā sensit defunctis p̄pces & sacrificia Ecclesiæ impetrari remissionē uel culpæ, uel poenæ, siue toti⁹, siue

partis

*Ecclesia orabat et sacrificabat q̄ defunctis, non ut illis culpa absisteret, sed ut eos liberaret eas uicinas apud Dominum*



LIB. II.

AERII ERROR DE PRECIBVS

partis eius. Primam enim causam huius officij facit, confessionem & confirmationem fidei de defunctis, quod illi nō desierint esse, sed sint & uiuant apud Dominum, apud quem qui uiuunt, uiuunt beati, liberi & a peccatis, & a pœnis peccatorum. Deinde hæreticus Aerius, (quem uoluit Epiphanius confutare eo argumento) recitationem nominum defunctorum in precibus Ecclesiæ reijciebat, quod defunctis preces Ecclesiæ nihil prodesse, & si illas prodesse defunctis quis diceret, ex eo consecutum iri, ut homines dum hic uiuerent, pietatem & iusticiam negligenter, & compararēt sibi, qua possent ratione, amicos, qui illis iam mortuis, suis precibus & sacrificijs succurrerent. Hæc igitur cum Aerius obijceret, si sensisset Epiphanius mortuos, precibus uiuorum releuari, ut id putauit D. Augustinus, oportuisset eum etiam idem respondere, quod D. Augustinus respondit, nimirum preces & sacrificia Ecclesiæ defunctis quidem prodesse, sed ipsi cum qui cum uiuerent, ut hæc sibi postea possent prodesse, meruissent, eoq; non cōsequi, ut pietatem quicq; propterea desereret, & studium benefaciendi abijceret, cōsensus precibus quæ pro se mortuo uiui essent facturi: quandoquidem disertè prædicaret, his modo defunctis, uiuorū preces prodesse, qui id pietate sua, & benefaciendi

faciendi studio hic meruissent. Sed nihil horum respon-  
det Epiphanius, neq; enim hanc esse causam harum  
precum pro defunctis agnouit, ut illis defuncti rele-  
uantur, uerum, ut & Dionysius fecit, ostendit alias  
& ueras causas huius officij: confessionem, & confir-  
mationem fidei de defunctis in Domino, quod sint,  
& uiuant apud Dominum, adeoq; nostris officijs op<sup>o</sup>  
non habeant: Item spei iterum eos conueniendi in re-  
surrectione, qui nunc ita apud Dominum sunt, ut ta-  
men nobis peregre sint, & a nobis absint. Deniq; glo-  
rificationem Christi, & confessionem nostræ infirmi-  
tatis, quod omnes quamlibet sancti per ipsius sacrifi-  
cium habemus necesse saluari.

Illud igit, & si non omnem culpam abscindat, aut  
de uiuis scripsisse uirum Dei oportet, ut quo uoluerit  
respondere ad id, quod Acrius obiecerat, (Si iuari que-  
rent defuncti uiuorum precibus, fore, ut homines ab-  
lecta hic pietate, in fine sibi comparent deprecatores  
poenarum:) Aut certe si de defunctorum peccatis hoc  
dixerit, idem necesse est ut polleat, atq; si simpliciter  
dixisset. Etiam si culpas non abscindat. Nam om-  
nino ex his ipsis Epiphanijs uerbis clarum est, eum nõ  
sensisse uel partem culparum, uel totas culpas defun-  
ctis, quos uiuere apud Dominum confitet, abscindi  
f per



LIB. II.

AERII ERROR DE PRECIBVS  
per preces & sacrificia Ecclesiæ. Sed est, ut diximus,  
locus hic de mendo suspectus.

Porro quicquid de hoc dicto sit, id iam ex sententijs .S. Patrum D. Epiphanijs, Augustini, Cypriani, Ambrosijs, Dionysijs certo omnino cognoscitur: Veterem Ecclesiam, quæ ante tempora Augustini fuit, non dubitasse, omnes qui in Dño moriuntur, ita ut & hodie canitur, beatos esse, statimq; a morte plenam accipere remissionem peccatorum, & optatam in cælis quietem, merito scilicet & beneficio Dñi nostri Iesu Christi, nec quicq; de ullo medio & purgatorio statu suspicatum esse, ex quo, precibus & sacrificijs uel ipsius Ecclesiæ, uel priuatorum sanctorum defuncti, liberarentur. Et Augustinum ipsum, quando de tertio suo defunctorum genere diserte responderit, eos uiuorum pietate releuari, atq; explicuerit etiam, in quo releuari eos existimari, ut scilicet aut plenam perciperent peccatorum remissionem, aut certe tolerabiliorem condemnationem: tñ hoc ipsum, an sit aliquis medius defunctorum status, in quo defunctorum animæ adhuc purgantur, relicto quibus cum cætera Ecclesia, in dubio.

Quid ex secundo Machabeorum de cura pro mortuis proditum sit. Cap. XXI.  
Obijciunt uestri, pro defensione huius uestri signi menti,

## DE CVRA PRO MORTVIS.

menti, etiam id quod in Libro secundo Machabeorum, de precibus & oblationibus faciendis pro defunctis legitur. Ad id autem nos respondemus: Primum authoritatem huius libri non esse Canonicam. Deinde etiam si Canonica esset, nihil tamē ex ea amplius concludi pro illo uestro dogmate, liberari purgatorio animas precibus & sacrificijs uiuorum, q̄ cōcludi pro eo dogmate possit ex dictis .S. Patrum, quæ iam tractauimus.

Quod uero liber hic secundus Machabeorum non sit authoritatis Canonice, nemo Christianorum dubitat, qui & ueterem teneat Ecclesiæ traditionem de Canone sacrorum Bibliorum, & paulo diligentius considerarit ea, quæ hoc libro sunt tradita, & cum ijs, quæ sunt p̄dita in primo Machabeorum, tum etiam quæ in cetera nobis sacra historia cōmēdata sunt, contulerit: In Canonibus certe Apostolorum qui uocantur. In Canonibus Concilij Laodiceñ & Africani, tum etiam apud plerosq; .S. Patrum habetur descriptus catalogus .S. librorum, in nullo autem eorum locus aliquis datus est Machabeorum libris. Adhæc testatur Origenes diserte eos extra Canonem esse.

*Canones Apostolorum.  
Vl. Laodic. Concilij & Africani  
xxiiij.*

D. Augustinus uero, libro secundo de doctrina Christiana ca. xviij. cum libros uellet recēserere omnes,

*Hist. Eccl. Euseb. lib. vi. ca. xviij.*



## LIB. II.

## QVID MACHABEOR. LIB. II.

*An lib. ij. Mach.  
sit in Canone,*

qui ullis in Ecclesijs tum legebantur, commemorat quidem etiam duos libros Machabeorū, sicut etiam eodem capite quosdam ex his libris quos recensuit, non recipi ab omnibus Ecclesijs, & hos alijs, qui recepti sunt ab omnibus, lectione & autoritatis pondere, esse postponendos.

*Augustinus.*

Atq; idem Augustinus scribit in libro secundo contra Epistolam Gaudentijs capite xxiij. scripturam Machabeorum receptam esse ab Ecclesia non inutiliter, si sobrie legatur, uel audiatur, maxime propter illos Machabeos, qui pro lege Dei sicut ueri martyres a persecutoribus tam indigna atq; horrida perpessi sunt. At sobrie legendos & audiendos non dixisset, nisi inesse illis agnouisset, quæ ipsi uisa essent cum doctrina reliquæ scripturæ non satis congruere, & posset in alienum aliquod a fide Christi dogma inducere, si hic liber uideretur laudare. Non potestis igitur nec huius libri autoritate aliquid contra nos concludere.

Sed fac librum istum secundum Machabeorum esse Canonicū, tamen author clare admodū ipse hoc exposuit, nec se preces & sacrificia pro mortuis alia de causa laudasse, q̄ propter confessionem resurrectionis,

## DE CVRA PRO MORTVIS.

onis, & quod defunctorum peccatum Iudas etiam ad se, & totum exercitum pertinere pie existimarit, eoq; & ueniam eius omnes orare a Domino fecerit. Sicuti & sancti ueteres Reges & Prophetæ in grauiorib; & solennioribus precibus suis patrum suor; peccata cõfiteri, ueniamq; eor; peccator; orare consueuerunt.

Etenim cum hic scriptor memorasset de xij. milibus drachmarum p̄ Tudam missis Hierosolymam, ut fierent sacrificia pro mortuis illis, qui se donarijs Idolorum contaminauerant, ac ideo iusto Dei iudicio in plio contra idololatrias ceciderant, subiicit. Beate & commode fecit Iudas cogitans de resurrectione, (nisi enim expectasset, ut ij qui ceciderant, resurgeret sup̄fluum erat, & delirantis, orare p̄ mortuis.) Postea id intuens, quod ihs, qui cum pietate dormierint repositum sit pulcherrimum donum, id est, *καλίσον χα*

Vide quas causas afferat hic scriptor, cur dixerit Iudam, quod sacrificium curauit fieri p̄ peccatis eor; beneficisse. Eam certe non adfert causam, q̄ cogitarit casos illos sacrificio liberare a pœnis purgatorij, sed quod cogitarit de resurrectione mortuorum: & q̄ intuitus sit, repositum esse pie mortuis pulcherrimum donum, donum sane beatæ quietis, & optatæ resurrectionis.

*Iudas agnouit repositam esse pie defunctis beatam resurrectionem: nihil purgatorij.*



LIB. II.

PURGATORIVM NON PROBANT

Quapropter id quod sequitur in hoc scripto, scilicet sancta & pia cogitatio, unde propiciationem peccatorum fecit pro mortuis, ut a peccatis absoluerent. (Sic enim habetur hic locus in Græco, ) intelligendum est de absolutione quæ fit apud Ecclesiam, ut Dionysius scripsit, nõ de ea, quam putarit ille fieri in purgatorio, de quo nullam hic scriptor fecit mentionem, cuiusq; cõtrarium posuit, repositam scilicet gratiam pulcherrimam ihs, qui cum pietate dormierunt.

Nec igitur huius autoritate libri, etiamsi canonicus esset, quicq; concludi possit, pro eo uestro signeto, quod uiuorum officijs releuari queant mortui.

Deinde nullus omnino in cunctis .S. Biblijs locus est, quo idem confirmaretur. Atqui Deus & pater noster coelestis, quæ uel credenda, uel facienda nobis sunt, adeo tradidit, & explicuit omnia nobis in libris ihs, quos Canonicos agnouit Ecclesia, iam ab initio, idq; adeo benigne & copiose, adeo pspicue & certo, ut dubitare de illis nemo possit, nisi cui alias desit animus credendi, & obsequendi Deo.

*Etiam uulgatæ cantiones & lectiones pro defunctis, testantur Ecclesiam ueterem nihil sensisse de Purgatorio.*

Cap. XXII.

Et hinc certe factum est, ut in illis quoq; lectionibus & cans

## DEFUNCTO RVM LECTIONES.

& cantionibus, quas tui Latome uocant Vigilijs defunctorum, eo, quod olim noctu cum ad funera uigilabat, recitari & decantari solebant, nullum in se uerbum de purgatorio uestro, sed omnia moneant de noxa peccatorum, de uera poenitentia, de metu & horrore iudicij diuini, de morte & resurrectione Christi, quibus creditibus Christo, peccata, mors, & condemnatio sublata sunt.

Canunt enim: Putas ne mortuus homo rursus uiuat cunctis diebus quibus nunc milito, expecto, donec ueniat immutatio mea. Ecce in puluere sedeo, & in puluere dormio, & si mane me quisieris, non subsistam. Item: Manus tuae Domine fecerunt me, & plasmauerunt me totum, ego autem homo natus de muliere, breui uiuens tempore, peccaui, iniquitatem feci in conspectu tuo, Dum ueneris iudicare, noli me condemnare, ne gaudeat inimicus meus super me.

Rursus: Redemptor meus uiuit, & in nouissimo resurgam, Et renouabunt denuo ossa mea, & in carne mea uidebo Dominum meum. Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in uita mea, psallam Deo meo quamdiu ero.

Iterum: Libera me Domine de morte aeterna in die illa tremenda, Quando caeli mouendi sunt & terra. Dies illa dies irae, dies calamitatis & miseriae, dies magna & amara ualde.

Aliud:



LIB. II.

LOCVS PAULI COR.

- » Aliud: Absolue Domine animas eorum ab omni
- » uinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter
- » sanctos tuos resuscitati respirent. Requiem æternam
- » dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

His respondent & quæ leguntur & psalluntur ex libro Iob, & Euangelio, atq; Psalmis. Sed tur Latome sacrifici sicut quæst<sup>o</sup> tantum causa ista demurmurat, ita nihil eorum perpendunt, quæ uel dicant uel agant, aut etiam quo nomine suas actiones uocent.

Nocturnas enim uigilias uocant, quæ media die peragunt.

*Excussio eorum locorum, quos posterior Augustinus ætas pro astruendo purgatorio adduxit.*

Cap. XXIII.

Sed uidebitur forsitan tibi, posse aliquid pro Purgatorio uestro, indeq; etiam p liberatione ex illo, concludi ex illis scripturæ locis, quæ posteriores Augustini scriptores pro adserendo illo, adduxerunt. Paucis itaq; & de his dicendum est, ne quid tibi sciens præterire uidear, quo uestra queant commenta aliqua commendari uerisimilitudine. Solent uero tria a uestris pro hoc de purgatorio figmento testimonia adferri.

i Cor. iij.

Matth. xij.

Primum, id quod D. Paulus scripsit ad Corinthios, de igni per quem probati saluantur. Alterum, quod Dominus dixit; Conuictum in spiritum sanctum non remitti

remitti hominibus, neq; in hoc sæculo, nec in futuro.  
Tertium, quod Dominus dixit de debitore non exi-  
turo carcerem, donec extremum persoluisset quadrā-  
tem, aut omne debitum.

Primum enim affirmat D. Paulus diserte reue-  
latorium illum & probatorium ignem, de quo Cho-  
rinthijs scripsit, esse eiusmodi ignem, quo utrorumq;  
opus quale sit, reueletur, & probetur, tam eorum, qui  
super fundamento Christo, quod Apostolus ante po-  
suerat, aurum, argētum, & gemmas edificauerint, do-  
ctrinam scilicet, & opera Domino digna, q̄ eorum, q̄  
super hoc fundamento edificauerint ligna, fœnum, &  
stipulam, id est, doctrinam & opera Christo indigna.  
Vnius cuiusq; opus, inquit, quale sit, ignis probabit.

At uos non dicetis in uestrum ignem purgatorium  
uenire, qui fundamento Christo nihil lignorum, nihil  
fœni, & stipulæ superædificauerint, id est, nihil alienæ a  
Christo uel doctrinæ uel actionis, aut docuerint, aut  
receperint, & fecerint, sed tantum aurum, argentum  
& gemmas, dogmata scilicet & officia, quæ cum fide  
Christi per omnia congruant.

Et quis locum hunc Pauli legens aliqua cum at-  
tentione, non ipse uideat, Apostolum hoc loco uerba  
facere de ijs, qui Corinthios post ipsum, in Christo  
suscepe-

*Ignis de quo .1. Co-  
rin. iij. est, qui cui-  
usq; opus, etiam  
aurum superædifi-  
cantis probat.*



## LOCVS PAULI COR.

susceperant docendos, quorum alij consentanea cum  
 fundamento Euangelij, quod ipse recte posuerat, alij  
 dissentanea tradiderunt, eoq; illos monuisse. Vtro-  
 rumq; doctrinam reuelandam, & probandam esse,  
 indubie non minus in ihs, qui eam doctrinam rece-  
 pissent, quam qui illam tradidissent, Et reuelandam  
 atq; probandam igni, diuinæ scilicet p̄bationis & iu-  
 dicij, cum iudicij, quod in hac uita Dominus immu-  
 sis aduersis rebus, uarie exercet, tum etiam rece-  
 pit agitat cum morituris. Tum etiam hanc uoluisse sub-  
 iungere consolationem, ihs, qui in fide Christi uera per-  
 sistunt, ut quibus dissentanea cum fundamēto Christo,  
 siue tradita ab ipsis sint, siue recepta ab alijs dogmata,  
 aut p̄cepta uel facta officia, & opera, nihilominus sal-  
 uos fore quicunq; fundamentum Christum retinue-  
 rint, hoc est, in ea fide p̄stiterint, ut p̄ unū Dñm Iesum  
 Christum patrem inuocent, & remissionem peccatorum  
 orent, confidantq; sese eam etiam exorare, sal-  
 uos autem fore, sic, ut per ignem, id est, non sine acti-  
 aliqua diuini iudicij p̄batione, qua scilicet Dñs oculos  
 talibus aperire solet, ut quibus inania sint, quæ ipsi non sane  
 p̄ nihilo duxerant, p̄uideant. Tum certe omnis huius-  
 uismodi uel dogmatum uel operum, qui Christo funda-  
 mento indigna sunt fiducia & existimatio, id est, ligamē-  
 ta.

## PURGATORIUM NON PROBAT.

ista, foenum, & stipula igni huiusmodi iudicij absumuntur, & damnatum aliquod patitur inanis operæ & momentæ, quicumque uel docuit, uel fecit, quæ cum fundamento Christo non congruunt.

Hanc esse genuinam huius loci explicationem nemo dubitabit, qui Apostoli uerba rite expenderit, eamque etiam cum S. Patrum cõsentire explicatione cognoscet, qui illorum monumenta legere uoluerit. Quamquam S. Patrum per superædificata fundamento Christo, intelligant doctrinam adiectam istis, quæ tradiderat Paulus, quæ certe interpretatio cum Paulinis uerbis magis consentit, alij opera adiecta fidei, Inter quos est & Augustinus de spiritu & litera ca. xv. D. Hieronymus & Chrysostomus per lignum, foenum, & stipulam intellexerunt ea mala opera, quæ sunt pabulum ignis æterni. Et quod Paulus scripsit, saluum fore qui hæc superædificauit, sed sicut per ignem, intelligunt seruari tales ad tormenta sempiterna.

Verum utro sensu locum istum intelligas, tamen Argumentum istud D. Augustini clare euincit locum istum ad ignem uestrum purgatorium detorqueri nullo modo posse, propterea, quod uos eos tantum dicitis in illud uestrum purgatorium uenire, qui opera fecerunt, quæ lignis, foeno & stipulæ adsimulantur,

g ij non

*Ambrosius  
Chrysostomus  
hunc locum*



non etiam illos qui opera fecerunt, quæ auro, argento, & gemmis comparantur. Paulus autem clare affirmat ignem de quo ipse loquitur probare cuiusq; opus, quale sit, etiam eius, qui sup fundamento struxit auz, argentum, gemmas.

Vides itaq; Latome, ex isto loco nihil posse accipere confirmationis dogma hoc uestrum de purgatorio, nec si Pauli ipsius uerba consideres, nec etiam si auctoritatem respicias interpretum ueterum, quantumcunq; hoc loco sint confisi, qui purgatoriu tempore D. Augustini adhuc dubium, postea conati sunt facere certum. Quod & Concilium Florentinum fecit, in quo hæc quæstio tractata est, cum Græcis, qui tandem spe auxiliorum contra Turcas, quæ a Latinis petebant, esse aliquod Purgatorium, tenuiter sane, ut acta testantur, admiserunt, sicut & de Primatu Papæ supra omnes Ecclesias. Verum qui in Græcia præmanerant Episcopi & sancti uiri iudicarunt Constantinopolim propter hanc consensionem in manus uenisse Turcarum.

Perinde uero probatur, istud uestre purgatorium dicto Domini de blasphemia in spiritū. S. quam Dominus dixit, nec hic, nec in futuro remitti, Nam quod uestri hinc uolunt colligere, esse quadam peccata, quæ hic,

## PURGATORIVM NON PROBAT.

hic, & esse quædam quæ in futuro remittantur, consistere non potest, Nihil enim hoc dicto Domini pronunciatum est amplius, quam blasphemiam in spiritum .S. non habere remissionem in æternum: quibus

Et enim Marcus hoc dictum Domini commemoravit.

tuit, quod esse peccatum istud ad mortem & irremissibile.

le, cum homines blasphemant spiritum .S. id est, cum

co impietatis euaserint, ut doctrinam salutis (conu-

racula, quibus illi conuicti erant Iudæi ad quos Do-

stratione, siue euidenti mentis illu-

diabolo, itaque oppugnant, ut ij Iudæi faciebant, qui

miracula Domini uidentes omnino per spiritum .S.

contra cōscientiam suam, & obstinato quodam odio

Dei, Beelzebub attribuebant. Quos enim Dominus

to uesaniæ præcipitare finit, ij ad pœnitentiam saluta-

rem reuocari non possunt. Cætera autem peccata, ac

etiam cōuictum dictum in se ipsum filium hominis,

dixit, remitti posse, quia hæc ignorantia adhuc aliqua

aut infirmitate non prorsus obstinato odio cogniti iam

*Quid conuictum in  
spiritum sanctum,  
& quæ irremissibile.*



fatis Dei, admittuntur: quo circa qui talia admittuntur  
renouari adhuc possunt ad poenitentiam salutarem,  
quam Christ<sup>o</sup> ipse largitur. Hæc inq̄ docere Dñs hoc  
loco uoluit, non aut esse aliquod peccator<sup>um</sup> genus cui<sup>us</sup>  
remissio in futuro seculo fieri possit.

Habet quidem illud nonnihil phantasia, cum Do-  
min<sup>o</sup> comparat peccatū illud ad mortem cum ceteris  
peccatis in eo, quod hæc omnia remittuntur, illud  
autem non remittitur, & adiecit, neq; hic, neq; in fu-  
turo, quasi per adiectionem hanc significaret, esse for-  
san quædam peccata, quæ hic, & quædam quæ in fu-  
turo remittantur. Sed hæc phantasia fallax est utrun-  
q; & a D. Augustino uideatur admissa. Nec enim illa  
consecutio uerbis Dei nititur. Blasphemia in spiritu  
S. non remittitur neq; in hoc, neq; in futuro seculo,  
ergo aliorum peccatorum, quædam in hoc seculo, quæ-  
dam in futuro remittuntur. De alijs. n. peccatis Dñs  
nihil ampli<sup>o</sup> affirmauit, quam ea remitti, non adiecit  
ubi, De blasphemia autem in spiritum S. pronuncia-  
uit, nullam omnino expectandam esse remissionem,  
& quo id plenius diceret, & terribilius, adiecit, nec in  
futuro, id est (ut uerba Dñi a Marco relata sunt) non  
habet remissionem in æternum.

Ita si dicat aliquis, detentus peccato adulterij, non  
habet

De ciuitate Dei li-  
bro xxv. ca. xxiiij.

Marci iij.

## PURGATORIVM NON PROCAT.

habet partem in regno Dei, nec in præfenti, nec in futura uita, nemo tñ ex eo inferre queat, alia peccata & flagitia eiusmodi esse, ut contaminati illis homines partem tñ habere possint in regno Dei uel hic, uel in futuro. Et rursus, si quis dicat: Temperantia precio non comparat̄ uel hic, uel in futuro, Quis uelit ex eo inferre, ergo q̄dam aliæ uirtutes eiusmodi sunt, ut possint comparari p̄cio, siue in hac, siue in futura uita:

Sed quid opus uerbis: Dñs de alijs peccatis simpliciter dixit, ea hominibus remitti, nec addidit uel hic uel in futuro: nec ergo fas est, ut nos de eo aliquid ex nostris inanibus *διαλογισμοῖς* adñciamus.

Quanc̄, & si demus aliquor̄ peccator̄ & in futuro quic̄q̄ remissionem obtineri posse, ex eo tamen nihil p̄rationibus illis, quibus uestri confinxerunt animas ex illo suo purgatorio liberari. Qui enim Latroni una secum crucifixo iam iam morituro consortium regni sui addixit, Idem possit etiam spiritibus, cum peccatis suis corpus suum deserentibus, peccatorum donatione remissionem, siue statim, siue post aliquod temp̄, citra omnes purgatorij uestri cruciat̄. Præterea, & si etiam hoc uobis detur, aliquas animas in futuro seculo aliquo purgationis igni purificari: Quo tamen  
uel



## LIB. II.

## ALIVS LOCVS MATTH.

uel praecepto, uel exemplo, in libris plane Canonicis prodito, euincetis, nostrum esse, tales animas ex eius modi purgatorio liberare, & eas quas uestri hoc nomine tam magno uendunt Missas aliquid ad hanc rem conferre, quimpotius, ut peregrinum, & a uobis quaestus gratia excogitatum cultum, Deo omnino abominationi esse: Nec enim ulla etiam Apostolica & catholica traditio quicquam huius docet, ut superius ex clarissimis maiorum patrum D. Cypriani, Ambrosij, Dionysij, Epiphanijs autoritatibus euici.

*Matth. v. & xvij.*

*De carcere e quo debitor non abicit, nisi omni debito persoluto.*

Tertius locus, quem pro uestro adducunt Purgatorio, De carcere, quo debitori non concedit ut exeat, nisi ultimo quadrante, adeoque omni debito persoluto, multo minus habet uerisimilitudinis. Nam in eo, Donminus parabola proposuit, similitudine mutuata a seueritate iudiciorum humanorum, uoluitque ea nos hortari, ut ipsi nobis inuicem offensas libenter remittamus, illis enim peccata sua a Deo nunquam remitti, qui non & fratribus delicta in se ex corde remisissent.

*Donec, quibus ualeat,*

Deinde, illud, donec, seruit tantum negationi de futura liberatione, ante persolutum debitum, nec infert affirmationem, nec de solutione aliquando perfectanda, nec de liberatione a carcere solutione perfecta. Sicut nec ex illo, Donec, Ioseph non cognouit Mariam, donec

## PURGATORIVM NON PROBAT.

donec peperit filium suum illum primogenitum, in-  
ferri potest, Matrem Domini plures filios peperisse,  
Aut ex illo Syrach: Impij non iustificabuntur, donec  
uenerint in infernum, illos iustificari in inferno.

Ad authoritates patrum, qui post D. Augustinum  
scripserunt, & purgatorij flammam succederunt, libe-  
randiq; ex his animas, rationes tradiderunt, ut Gre-  
gorij Damasceni, & aliorum, siue etiam ipsius Augu-  
stini, (Quand; hoc dogma de Purgatorio, ut ostendi-  
mus, in Enchiridio suo, eo libro, quo, ceu catechismu  
tradidit, & quæ credenda sunt omnibus, uoluit certis-  
sima authoritate explicare, dubium reliquit) id respõ-

demus, quod ipse nos Augustinus respondere docuit.  
Non debere eos firmum tenere, nec uerum putare, in  
libris. S. Patrum, quotquot post confirmatum Ca-  
nonem scripserunt, quantalibet sanctitate, quantaue  
doctrina illi polleant, si non id quod tradunt uerum  
intellexerimus, hoc est, comprobatum per scripturas  
canonicas, aut probabiles rationes, immo etiam lice-  
re nobis, salua honorificentia quæ tantis debetur ho-  
minib; aliqd in scripturis eor; improbare, atq; respue-  
re si forte inueniamus, diuino adiutorio, quod aliter  
fenserint q; ueritas habet, uel ab alijs intellecta, uel a  
nobis.

*Quæ authoritas pa-  
trum qui purgato-  
rium uiscenderunt.*

*Lib. iij. de Trini-  
ad Hieron. de uni-  
co bapti. lib. ij. In  
Epistola ad For-  
tun. u. u. u.*



Nec etiam ex istiusmodi patrum lapsibus, cum in fide Christi illi perstiterunt, euincitur, uel ipsos uel Ecclesias ipsorum a Christo propterea fuisse alienatas. *Mysterium iniquitatis Antichristianæ exercere se, & operari, iam Pauli tempore cœpit, & posterioribus temporibus magis magisque sese extulit, adeo ut non pauci electorum eo implicati fuerint, qui tamen eo quod Christum fundamentum retinuerunt, omnes nihilominus salui facti sunt, sed per ignem D. Iudicij, quo absumpta sunt ista ligna foenum & stipula.*

Ex his itaque omnibus planum factum est dogma istud uestrum, & de Purgatorio, & de liberatione ex illo, nulla nec D. scripturæ, nec ueteris Ecclesiæ auctoritate posse comprobari, ut quod nec Augustini adhuc tempore in Ecclesia Dei receptum fuit, ante id tempus Ecclesijs plane ignoratum. Quare quatenus postea, per Ecclesias latinas (Græca enim illud nunquam plane receperunt) obtinuerit, catholicum tamen haberi nullo modo potest, quia non est traditum in Ecclesia semper, non acceptum ab Apostolis.

Consistamus igitur in eo, quod pronunciauit Dominus Iesus: Eos omnes qui in fide certa Euangelij, hinc discedunt, non uenire in iudicium, sed transisse a morte in uitam sempiternam: qui uero sine hac fide hinc

EX PURGATORII OPINIONE.

hinc migrant, eos iam esse condemnatos, & irā Dei manere sup illos. Hic remitti peccata pœnitentibus, & credentibus, Dñs nobis per omnem scripturam cœpiossimam testatur, nec quicq̃; amplius uetus Ecclesia ab Apostolis recepit. Id ergo fide retinere solida, & hanc ipsam peccatorū remissionem in hoc ipso tempore clemētiae uera pœnitentia & fide q̃ram⁹ & excipiam⁹, idemq; alios doceam⁹, nec nostris *δι' λογισμοῖς* de remissione peccatorū expectanda in seculo futuro, cum id ex nullo omnino Dñi dicto, ex nulla prorsus uere canonica scriptura, ex nulla deniq; catholica traditione possit certa consecutione concludi. Ea .n. temeritas & audacia nullam aliam mercedem referre potest, q̃ ut qui ista audent, tamē maxime stulti euadant, cum p̃cipue sapere sese existimant, atq; eo tantum furoris prorumpant, ut Dñm extrema afficiant contumelia ijs ipsis inuentis suis, quæ ad singularem Dei cultum excogitasse, uideri uolunt.

*Quæ mala in Ecclesiam inuexerit opinio de Purgatorio.*

Id quod certe & uestri Purgatorij adsectoribus usu uenit, Vanissimis enim horum *δι' λογισμοῖς*, de remissione, & expiatiōe peccatorū in purgatorio expectāda

*Nundinatio purgatorij exitu peccatorum & fide dem uiuorum.*

h ij & offi-



## LIB. II.

## MALA ECCLESIAE INVECTA

& officijs charitatis, quibus animæ ex purgatorio isto liberentur, eo infantiæ euasum est, ut tot hominum myriades, de expiatione & remissione peccatorum nostrorum p sanguinem Christi solida & pœnitentiæ & fide hic excipienda, nihil solliciti: nihil etiam cogitantes de cunctis illis ueræ dilectionis officijs, quæ præstanda sunt Christo Domino, hic in minimis suis clementi, sitienti, extorri, nudo, infirmo, & uincto. Sperant interim, ubi hic per omnem uitam, omnibus flagitijs & sceleribus filium Dei usq; conculcarint, & sanguinem testamenti, quo in baptismo sanctificati sunt, prophanum duxerint, posse tamen se ad cœlos deduci ex purgatorio, uestris Missis, & alijs sacrificijs.

Heb. x.

*Ministerium Ecclesiasticum Papistarum totum a uiuis reuersum est ad mortuos.*

Ex qua impia psuasione, cunctæ prope orbis opes ad sacrificulos uestros delatæ sunt, cultusq; & ceremoniæ illorum omnes a uiuis auersæ, quibus pridem ex his nihil in templis, ut intelligerent, & eo edificarentur, administratur, ad mortuos conuersæ sunt, populusq; eo seductus est, ut nulla putet se uel Deo gratiora, uel pximis utiliora præstare officia, quam quæ existimat se mortuis impendere. Eo enim usq; uestri uerbis cruciatus purgatorij inflâmarunt, ut præstare homines. censeant succurrere animabus, quæ scilicet tam indicibilibus cruciatibus in purgatorio torquentur, & in

## EX PURGATORII OPINIONE.

& in illoꝝ liberationem impendere omnia ( nihil .n. suorum confictorum officiorum sacrificuli uestri non magno uendunt ) quam quicq; præstare officij Christo Domino hic egenti & laboranti in minimis suis, Sed quid dico in minimis, plerumq; ne in coniunctis-  
 Simis quidem, in liberis, in cognatis, beneq; meritis amicis, Nam hos pleriq; grauius despoliant, ac sæpe in uita huius discrimine deserunt, ut parent sibi & aliis uestrorum suffragia, quæ uocant, in purgatorium. Vnde & indulgentiæ uestre magis iam mortuis & uendi coeperant & redimi, q̄ uiuis, Sed satis tandem de his uestris abominationibus, sunt enim infinitæ.

*Impendenda Christo in uiuis, impendantur impuris sacrificulis prætextu mortuorum.*

*A pud quos sacrificia ueteris Ecclesiæ restituta, uel sublata & peruersa sint, & qui ex .S. Patrum auctoritatibus de sacrificijs Ecclesiæ plagam, uel laudem accipiant.* Cap. XXIII.

Sed reuertamur tandem e Purgatorio uestro, & a mortuis, ad institutum nostrum de sacrificiis Ecclesiæ. Explicatum iam est, quæ & quot genera oblationum, & sacrificiorum uetus Ecclesia agnouerit, offerre q; & sacrificare consueuerit: Ostensum etiam est, quid uetus Ecclesia intellexerit p̄ hæc uerba, offerre, & sacrificare, quidue offerendo, & sacrificando facere uoluerit. Deniq; declaratum est pro quibus

*Epilogus.*



LIB. II.

VBI RESTITVTA, VEL SVBLATA

uetus Ecclesia oblationes atq; sacrificia sua obtulerit, & sacrificarit, ac quid illis, siue uiuis, siue defunctis, & his siue celebriore, siue obscuriore fide commendatis, uoluerit suis oblationibus, & sacrificijs cōmodare.

Quis deinceps eras  
Canda.

Nunc superest, ut demonstremus ab utris, a nobis, an a uestris sacrificulis, sacrificia ecclesiae ueteris, & oblationes represententur, & uere exhibeantur, uel sublata sint, aut peruersa. Ex quo scilicet patefiet, utri, uestri Missifices, an nos, qui sicut uerum cana Dominicae usum, ita etiam ceteras Ecclesiae ceremonias restituere studemus, plagam accipiamus a D. Cypriani, aut aliorum .S. Patrum autoritatibus, quib. illi sacrificia praedicant, & oblationes Ecclesiae ueteris.

Primum igitur planum faciam in nostris Ecclesijs restituta esse, cum genera omnia sacrificiorum, & oblationum, quae offerre uetus ecclesia solita est, tum etiam reuocatam esse ueram, quam uetus Ecclesia obseruauit, offerendi, atq; sacrificandi religionem. Deinde ostendam Ecclesiae ueteris sacrificia & oblationes per uestros sacrificos, aut esse omnino sublata, aut penitus peruersa. Quo demonstrato liquebit abunde, non nos, sed tuos, Latome, sacrificulos plagam accipere a .S. Patrum autoritatibus, quib. illi de sacrificijs Ecclesiae docent, & plagam insanabilem, donec Dominus, & illa

## SACRIFICIA VETERIS ECCLESIAE.

& illis eam, quam nobis dederit instituere & moliri reformationem, sicut cœnæ Dominicæ, ita & totius reliquæ administrationis Ecclesiarum.

*A* pud eos, qui Lutherani uocantur, restitui genera omnia sacrificiorũ, atq; oblationum Ecclesiæ ueteris.

Vt uero ab ultimo genere sacrificiorum, & oblationum incipiamus, munus scilicet, quæ fideles cõferre Domino debent, hoc ita in Ecclesijs nostris restitutum est, gratia Dño. Primum, populum ministri diligenter hortant, ne uelint esse ingrati Deo, nec infructuosi Ecclesiæ, ut D. Irenei uerbis utar, & cæteris hominibus: Neq; has exhortationes frustra faciunt. Conferunt enim fideles in sacris conuentibus sua sacrificia & oblationes ad Ecclesiæ gazophylatium, & si non cumulant aras panibus & uino, quod nec uestri non cumulant fideliter Christo Domino, in minimis suis, pascendo, potando, excipiendo hospitio, uestiendo, & in uinculis, morbisq; curado, tum etiam ueris, gratiq; ipsi religionib. colendo.

Restituti enim sunt huic ministerio sui archidiaconi, Diaconi, & subdiaconi, uiri religiosi, graues & probati, quales ad hoc opus designare iubet spiritus sanctus Acto. vi. i. Cor. xvi. i. Timo: iij. Hi, quæ a fidelibus

*Restituta apud  
Lutheranos obla-  
tio munerum*



## LIB. II.

## VBI RESTITVTA VEL SVBLATA

fidelibus oblata fuerint, bona fide seruant, & inter egen-  
tes, quorum habent conscripta nomina, & explorata  
necessitates, distribuunt. Idq; prestare ea ratione  
student, ut unumquenq; egentium ad eas adhibeant  
operas, uel domi suæ, uel ubi his loc<sup>9</sup> sit idoneus, quas  
prestare quisq;, qui p<sup>r</sup> aetatem & ualitudinem potest,  
nec sinunt eos ociari & uagari, ut apud uos sit, quoad  
caueri id potest.

*Restitutio apud  
Lutheranos quartum  
genus oblatio-  
num.*

Iam quod ad quartum oblationum genus attinet,  
populum electum Dei, manifestum quoq; est, quan-  
to apud nos studio, & ad sacram canam, & in omni-  
bus sacris conuentibus Euangelion Christi predicet,  
precesq; & gratiarum actiones pro omnibus hominib;  
fiant. Quæ una ratio est, electos Dei, Deo sacrifican-  
di, in oblationem gratam & acceptam, id est, effici-  
endi, ut & ipsi sese consecrent, & sistant Domino, ho-  
stiam, uiuam, sanctam, & Deo acceptam, ut supra ex  
D. Paulo ostendimus. Rom. xv. &. xij. Et huic sa-  
crificio nostro benedicit Dominus, ut quanq; & apud  
nos, nō omne semen uerbi Dei in bonam terram ca-  
dat, multi tamen Euangelio uere recepto, accepta &  
grata Domino oblatio fiant, seseq; Domino ad omne  
obsequium consecrent. Constat igitur, & hoc genus  
oblationis & sacrificij apud nos esse reuocatum, & nō  
uulgari

## SACRIFICIA VETERIS ECCLESIAE.

vulgari studio, offerri atq; sacrificari.

Idem & de Tertio genere gloriari in Domino possumus, Gratiaꝝ enim actiones, & Dei laudes, magno studio celebrantur, & preces pro omnibus fiunt. Deniq; tota. S. cænæ administratio in Ecclesijs nostris exhibetur iuxta institutum, & præceptum Domini, ad gloriam Dei patris, p̄ unum mediatorem, & summum sacerdotem nostræ Iesum Christum. Atq; hoc fit grauius & sancte, ut intelligere popul⁹ omnia possit, & ad agendum Deo gratias, precandumq; excitetur, indeq; in omni pietate ædificetur.

*Restitutum apud  
Lutheranos / sacri-  
ficium laudis, pre-  
cum, & S. cænæ.*

Ita habet, & de secundo sacrificiorum genere: nam apud nos, ad panem, & uinum gratiaꝝ agunt Deo secundum uerbum eius, sanctificanturq; ea in sacramenta Domini, & distribuuntur ita, ut Dominus præcipit, in cōmemorationem eius, & ad augēdam cōmunionem eius in fidelibus.

*Restituta oblatio  
apud Lutheranos  
panis & uini*

Nec in offerendo, & sacrificando primum sacrificiorum genus, id est, Christum ipsum, & eius passionem, uel corpus eius & sanguinem, cum immolata p̄ nobis in cruce, tum sumenda in sacra cænâ, quicq; q̄ in ueteri factum Ecclesia est, præterimus. Prædicatur enim singulari studio p̄senti Ecclesiæ Christus, & passio eius, explicatur diligenter mysterium huius sacra-

i menti,



## CVR LVTHERANI ALIQVA

menti, celebrat caro & sanguis Christi, & immolata pro nobis, & in cibum, potumq; uitæ æternæ sumenda. Deniq; sacris symbolis pane & uino fidelibus etiam distribuuntur, atq; ab illis sumuntur.

Atq; hæc omnia sacrificiorum genera apud nos, ut iuxta mandatum & institutum Domini, ita etiam summa exhibentur religione in gloriam Dei patris, Christi seruatoris nostri, & spiritus .S. atq; ad instaurandam fidem electorum. Quare non modo eedem res, quas uetus Ecclesia, eademq; sacrificioꝝ genera apud nos offeruntur, & cum sacra cana peragitur, & alias, uerq; etiam offerunt hæc eadem offerendi religione, qua & uet<sup>o</sup> Ecclesia illa obtulit, & quam .S. literæ docent. Primum .n. nihil apud nos his sacrificijs admiscetur, quod uerbo Dei, & certo Dñi mandato non nitatur. Deinde offerunt hæc sacrificia p̄ pbatos ministros, & grauius. Postremo adhibetur p̄dicatio iustitæ Euāgelij, & omnium mysterioꝝ Christi, omniq; populo intelligibilis explicatio, ut gloria Dei illustretur, ut electi Dei in fide Christi, omniq; uita Dei instaurent. Offerunt quoq; hæc sacrificia & p̄ uiuis, & pro defunctis: Pro uiuis, quia p̄ omnibus hominibus hic cæna, tum in alijs Ecclesiæ conuentibus, & actionib; ut

*En. quibus consistit  
uera sacrificandi  
ratio.*

## .S. PATRVM NON OBSERVENT.

ut i. Timo. ij. spiritus Domini per Paulum præcipit:  
Pro defunctis in Domino etiam gratias Deo agim<sup>9</sup>,  
& uerbis, & oblationibus, mortemq; Christi, & resur-  
rectionem ad funera nostra prædicamus, quo scilicet  
loco, id maxime conuenit, & fideles ædificat.

*Quare Lutherani non utantur schemate orandi pro de-  
functis, quo usi sunt ueteres. Cap. XXV.*

Quod enim nec nostris funeralibus ceremonijs  
sacram Domini cænam adiungimus, nec alias  
in cæna Domini defunctorum mentionem nomina-  
tim facimus, neq; etiam in ullis funebribus precibus  
eisdem quibus ueteres usi sunt, uerbis & precandi for-  
mis, utimur, ut diceremus scilicet: Remitte eis Dñe  
peccata, suscipe eos in cælum: In causa est, Quod hor<sup>9</sup>  
ueroq; usurpatio Ecclesijs nostris nihil cõmodaret,  
fidei autem electorum, atq; piæ tranquillitati office-  
ret, ppter horribilem scilicet impietatem, quæ apud  
uos abusu huius moris est inuecta.

Et cum hæc, ut & .S. Cænam ad funera adhibea-  
mus, & pro defunctis in omni cæna Dominica men-  
tionem nominatim faciamus, ac deniq; remissionem  
peccator<sup>9</sup> illis & gaudia cœlestia, orem<sup>9</sup>, Dñs ut face-  
remus nusq; docuit, aut pcepit, uel per se ipsum, uel p  
Prophetam aliquem, aut apostolū, nec ipse etiam ista  
i ij fecit,



## CVR LVTHERANI ALIQ VA

fecit, ea profecto nec a nobis exigi ullo iure possunt, aut quicquid amplius eo, quod ultro facimus. Vestri autem sacrificii pridem omittere cœperunt, quod scilicet ad funera nostra, & in defunctorum nostrorum cōmemorationibus operam damus, præsentes excitare ad penitentiam, & confirmare in fide, ac spe resurrectionis, accendereque studio nouæ & cœlestis uitæ meditandæ, & prouehendæ.

Sed nec Acrium ueteres iudicarunt hæreticum, quod non recitaret ipse nomina defunctorum, in solennibus precibus, nec oraret pro eis, sed quod recitationem defunctorum quam .S. Patres pie faciebant, calumniaretur, atque ad aliam, quam qua illam ipsi faciebant causam, detorqueret, ac præterea alijs quoque impijs dogmatis Ecclesiam Dei oppugnaret: erat enim Arrianus.

Verum urgebis hic, Ecclesiam tamen Dei, & uniuersam quidem, cum orientalem, tum occidentalem iam inde a Tertulliani & Cypriani temporibus, hanc Ceremoniam diligenter obseruasse, ut sacerdotes in celebratione cenæ Dominicæ nominatim, & offerretur & præparentur pro defunctis, quacumque id causa, & quod uis uerborum sensu fecerint, debere igitur & nos eandem obseruare ceremoniam, uel illa ipsa de causa, qua obseruatam agnoscimus a .S. Patribus, & eo ipso uerborum

## .S. PATRVM NON OBSERVANT.

borum sensu, quo dicimus illos eiusmodi uerbis esse  
usos.

Respondeo, primum, uos, te Latome, & sacrificu-  
los tuos, summa a nobis poscere iniquitate, ut & eas  
S. Patrum traditiones, atq; ceremonias obseruemus,  
q̄ nec traditæ sunt in diuinis literis, nec cum illis plane  
consentiunt, nec etiam obseruari nunc possunt, absq;  
periculo fidei, & offendiculo charitatis, & piæ tranq̄-  
lilitatis: cum nec istam ipsam. S. Patrum ceremoniam  
& traditionem, nec ullam aliam tui sacrificuli, siue in  
administratione huius sacramenti, siue in alijs rebus,  
obseruent, immo nec eas quidem traditiones, q̄ nobis  
non tam autoritate. S. Patrum, q̄ ipsorum Aposto-  
lorum, ac Christi ipsius, cõmendatæ sunt: Quid dico  
obseruent, dicere debui, quam non abiecerint, & con-  
culcarint. Id tibi paulo post, quod ad cænam Domi-  
ni attinet, clare ob oculos ponam.

Deinde, & hoc respõsi do ad uestram obiectionem:  
Non esse omnes .S. Patrum traditiones eodem ha-  
endas numero, quæ enim nituntur diuinis scriptu-  
ris, longe esse præferendas his, quæ isto fundamento  
non nituntur. Ita offerre ad cænam Dominicam elee-  
mosynas p subsidio pauperum, non est quidem hoc  
ullo nobis, uel præcepto uel exemplo Dñi nostri Iesu

*Papiste exigunt a  
nobis traditiones  
S. Patrum, cum ipse  
si nec has ipsas,  
nec diuinas seruent*

*Quæ .S. Patrum  
traditiones nobis  
quoq; obseruanda  
sunt*



## CVR LVTHERANI ALIQ VA

Christi proprio traditum, tñ certum est, id illo uerbo Domini niti: Ne compareas in conspectu meo uacuuus. Tum fert id ingenium ipsum fidei, ut cum audim⁹ & ppendimus Christum sese obtulisse p nobis, donasseq; nobis in mortem, quo p eum æternum uiuere ueremus, ut gratos nos tanto beneficio declaremus, idq; religiosa nostri ipsorum in omne obsequium Dñi consecratione, hancq; nostri consecrationem oblationibus in usus pauperum testemur. Traditionem igit hanc, ut offeramus munera pro pauperibus, cum cænam Domini celebramus, restituimus in nostris Ecclesijs. Recitationem autem nominum defunctorum, & precationem p eis ueram non restituimus, Nec tu certe aut quisq; alius uerbum Dei ullum potestis proferre, cum quo ita congrueret hæc ceremonia, ut cum multis scripturæ oraculis cõgruit, offerre Christo munera p pauperibus. Nec ostendes illam ceremoniam nominandi in .S. cæna defunctos, ita consentaneam esse ingenio fidei, ut ex eo ultro p manat, facere in cæna Dñicæ celebratione, oblationes pro egenis Christi.

Postremo, si id quod hac in re uerum est, possis, & uelis uidere, facile agnosceres, nos id quod .S. Patres, facere, & Ecclesiæ exhibere uoluerunt, cum in funerationibus, atq; defunctorum cõmemorationibus cænam Domini

*Offerre ad cænam Domini et onuiem grauiorem supplicationem fert ipse natura fidei.*

## .S. PATRVM NON OBSERVENT

Domini adhibuerunt, & in omni cana Dominica celebratione munera & preces p̄ defunctis obtulerunt, Id ipsum & nos Ecclesijs exhibere, & ea omnino ratione, quam sanctissimi patres maxime pb̄at, etiam si nec canam Domini ad funera nostra, & defunctorum commemorationes nos adhibemus, nec etiam canam Domini celebramus defunctorum mentionem facimus, aut etiam in ullis defunctorum memorijs, pro ipsis orando, ijs uerborum formis utimur, quibus .S. patres sunt usi. Quicquid enim in hisce ceremonijs, & defunctorum memorijs ac precibus .S. patres exhibuerunt, id totum in hoc unum exhibuerunt, ut homines peccatorum suorum poenitentia compunctos, & metu iudicij diuini perculsos, fide in Christum Dñm, & spe resurrectionis in uitam aeternam confirmarent, studioq; uitae nouae, & Deo p̄ omnia sanctificata inflammarent. Quo si quis non omnia in defunctorum memorijs referret, eum frustra ipsorum uerba, uel ritus obseruare ipsi iudicauerunt.

Nos uero, ut dictum, ad funera, & in omnibus conditionibus ex uiuo uerbo Dei, ex certissimis D. scripturarum lectionibus, clarissima, & quam possumus efficaci praedicatione legis Dñi, & admonitione iudicij Dei, a morte, & omnibus diuinis animaduersionibus,

contra

*Quid praesent in  
funerib. & memo-  
rijs defunctorum  
Liberum*



## CVR LVTHERANI ALIQ VA

contra nostra peccata ad poenitentiam peccatoꝝ populum excitamus, tum annunciatione Euangelij, & redemptionis nostræ factæ p̄ Christum, qui sua morte, & resurrectione, nostra peccata, & mortem suffulit: fidem in Christum, & spem uitæ cœlestis confirmamus, indeq; & studium bonorum operum, & nouitæ cœlestisq; uitæ meditationem incendimus, & prouehimus.

Dic nunc Latome, si potes, quid nos non p̄feremus Ecclesijs, eorum, quæ .S. patres in suis memorijs defunctorum, & precibus p̄ eis, atq; sacrificijs, & p̄stare uoluerunt ipsi, & præstari probant a nobis. Tropos certe uerborum, quibus ista dicantur, & prædicentur, aut locum & tempus in quibus ea dicantur & prædicentur, ut siue in solenni cænâ Dominicæ prece exhibeantur, siue in concione, quæ sane pars est præcipuæ legitimæ celebrationis Eucharistiæ, nec .S. Patres unquam morati sunt, nec morari possunt, qui sunt uere Christiani.

Quid? Vt nunc Ceremoniæ omnes, & cōmemorationes defunctorum p̄ sacrificulos uestros sunt deputatæ, quemadmodum non possemus illam institutionem poenitentiæ, fidei, ac spei, zeliq; nouæ uitæ præcipue efficere, si eisdem uerborum formis, & ritibus, quibus .S. Patres

*Si Patrum tropo  
& ritibus in memo-  
rijs mortuorum ho-  
die uicremur, non  
id quod patres præ-  
stiterunt, præstare  
possemus.*

*S. Patres*

## S. PATRVM NON OBSERVENT.

S. Patres usi sunt, uteremur, eam uero efficitur, ea precandi, & agendi ratione qua nos utimur, ita si Patrum orationibus & ritibus potius q̄ nostris uteremur, iam non p̄stare id quod S. Patres his actionibus, & orationibus p̄stare, cum ipsi uoluerunt, tum p̄stari p̄bant a nobis, sicut nec pharisæi p̄stiterunt, id quod Dñs p̄ceperat p̄cepto Sabbathi, ieiuniorum, & purificationum corporalium, cum se sabbatho, & ieiuniorum diebus, atq; in abstinentia rerum cōmuniū, continebant a benefaciendo proximis, & discipulos Dñi, & Dominum ipsum interim condemnabant, quod hæc omnia ad procurandam proximorum salutem conuertebant, ac dispensabant. Christus autem & Apostoli, p̄ceptum illud rite impleuerunt, cum tñ in externis illis rebus quadam uidebantur remittere.

*Cura pro mortuis unde orta sit, & in Ecclesiam introducta.* Cap. XXVI.

V erum enim uero quantumcunq; feceritis hunc S. Patrum ritum, quod S. cœnam funeralibus ceremonijs adiunxerunt, & in omni Eucharistiæ celebratione mortuorum nomina recitarunt, Deniq; cum in his ad mensam Domini, tum in alijs defunctorum memorijs defunctis p̄cati sunt plenam peccatorum



## CVRA PRO MORTVIVIS

catorum remissionem, & perfectam uitæ cœlestis quæ-  
 tem, atq; gaudium, quæ tamen omnia illis iam colla-  
 ta in eisdem precibus p̄dicabant, gratiasq; de eo Doe-  
 mino agebant, nemo tamen inficiari potest hanc  
 agendi memoriam, mortuorū rationem nullo omni-  
 nino Canonice scripturæ uel præcepto uel exemplo  
 esse receptam, sed ex humana quadam affectatione,  
 pietatis tñ studio adiuncta, esse exortam, & in Eccle-  
 siam introductam.

*Oratio mortis oran-  
 di pro defunctis*

Etenim quicumq; a Deo pendent homines, sicut in  
 omnia alia, ita maxime in illa animi consternatione,  
 quæ existit ex morte, & discessu charorum homi-  
 num, ut in qua ira Dei in peccata nostra, & terror di-  
 uini iudicij præcipue sentitur, confugere ad Deum toto  
 corde solent, gratiamq; eius singulari studio ambie-  
 re, opem eius implorare, atq; ex uerbo & sacramentis  
 eius consolationem querere, deniq; & seipsos & char-  
 quorumq; foelicitatem nondum cernunt, diuinæ cõ-  
 mendare misericordiæ.

Quanc̄ igitur .S. patres non dubitarent a Dño in  
 suam quietem statim recipi, quicumq; in eius fide mor-  
 riunt, tum etiam de fide suorum defunctorum bene  
 sperarent, ut ex ipsis .S. patrum sententijs superius  
 clare

## VNDE ORTA.

clare ostendimus, tamen ex morte illorum consternati, ac ita ad perpendendam peccatorum suorum atrocitatem, & diuini iudicij seueritatem, commoti, coeperunt etiam in sacrum coetum, quasi ad Dñm cofugere, ibique misericordiam eius singulari religione implorare, & ex uerbo atque sacramentis eius consolationem querere. Cumque eam, in quam defuncti transissent foelicitatem nondum cernerent, eis autem ob oculos uersarent peccata illorum, & institutis eorum inopia, incitabant, & ad illud solatij de mortuis suis quaerendum, ut eos diuinæ misericordiae commendarent precibus, uidebantur enim sese eo pacto certiores quodammodo de foelicitate illorum reddere. Verum ne ex eo dubitare uiderentur, uel de suorum fideli discessu, aut de promissis Domini, qui promisit suos ministros futuros, ubi ipse esset, in eisdem precibus gratias Deo disertis, & claris uerbis agebant pro defunctis suis, quibus Deus iam praestitisset id, quod eum, ut praestaret eis, precabantur.

Admirabilis sane perturbatio est animi pii. sensu iudicij diuini exagitati, unde mirifica, nec satis sibi contentanea eiusmodi animus & dicit, & facit, ut Psalmi multi, & preces sanctorum clare testantur. Inde certe fit, ut etiam pro nostris ipsorum, & aliorum,



## CVRA PRO MORTUIS

hic etiamnum uiuentium, peccatis sapius orem<sup>9</sup> Dominum, eisq; utamur uerbis, quasi preces nostras pro eorum peccatorum uenia priores esse exauditas minime crederemus, cum tamen ubi in promissa Dei mentem attollimus, nihil dubitamus, nos peccatosq; omnium, siue nostrorum, siue aliorum ueniam etiam primis precibus exorasse.

Itaq; cuidam animi perturbationi, pia quidem perturbationi tamen, & humanam, in tolerando uultu Dei irato imbecillitatem clare referenti, acceptas feramus oportet tam multas, & tam anxias defunctorum causa institutas ceremonias, & eas maxime orandi pro eis formas, quibus sancti patres eis peccatosq; remissionem, & beatam apud Christum quietem orabant, de qua tamen iam eis collata agebant Domino gratias.

Hanc originem, hanc significationem, hanc denique uim, & usum habuisse. S. Patribus illas defunctorum ceremonias, precandiq; pro eis formas, quibus. S. Patres usi sunt, nemo dubitabit, qui patrum scripta bona fide, & fide Christi legerit, excusseritq;. Cui ueritati Latome siue tu, tuiq; consortes, Romana pueritatis defensores accedatis, siue minus, tamen nunquam euincetis, uel ipsos. S. Patres, has suas pro defunctis precandi

## VNDE ORTA.

precandi formas, hosq; ritus inter ea numerasse, quæ censuerunt esse in Ecclesijs obseruatu necessaria, & in quibus imitari se nos postularunt.

Qua ppter nec illud unq; euinces, nos aliquam accipere plagam ex .S. Patrum autoritatibus, quibus illi sacrificia cōmendant Ecclesiæ ueteris, siue pro uiuis, siue pro defunctis offerri consueta. Nec.n. quicq; ostendere potes horum sacrificiorum quod nos non etiam exhibeamus, & eadem omnino religione qua uetus Ecclesia exhibuit.

*Sacrificulos Papisticos omnia ueteris Ecclesiæ sacrificia in Missis suis aut penitus sustulisse, aut prorsus peruertisse. Cap. XXVII.*

Panem certe & uinum pro egentibus, aut etiam ueris Christi ministris, altari more ueterum, non imponunt, nec imponendum docent, & pecuniæ quam diligenter docent loco panis & uini offerre ad aram, ipsi sibi retinent, nec pauperibus, nec ueris Christi ministris suas portiones distribuunt, quod sacilegijs Canones grauissime detestantur.

Ita nec ulla laudes Dei, ulla gratiarum actiones aut preces offerunt, quia in aures Domini, & piarum mentium illas non clare & religiose in Ecclesia pferuat, & exhibēt. Quæ enim in Missis suis sibi, immo



## IN MISSA OMNIA.

*Papiste nec preces, nec laudes Dei offerunt, quia donec serue nascite sonamus.*

plerunq; nec sibi demurmurant aut decantant, ea in aliena lingua demurmurant & decantant, quam populus non intelligit, & ipsi saepe perparum. Quam uero id faciant non attente, nec religiose, utinam non tanto cum offendiculo simplicium notum esset omnibus.

*Quibus Missifices Missas ipsos offerunt.*

Ministerium uero totum canae Dominicae dic q̄so Latome ipse, cui offerunt tui sacrifici, Deo, an Mammonae: Christo, an uentri: & fediori etiam uoluptati: Quod enim Deo, & Christo Dño id non offerant, clare nimis testatur & sensus illorum in rebus omnibus tam reprobis, & uita tam importunis deturpata uitijs. Quod uero Ecclesiae id non offerant, ex eo nimium patet, quod nec uerba illi, nec sacramenta, ut Dominus instituit, dispensant. Ut autem quæstui hoc suum sacrum habeant, utq; fedissime id ad sacrilegam stipem prostituunt, utq; ea quæ Missis suis lucrifecerint, non in usus Domini impendant, hoc detestatur & deplorat totus orbis. Gallicorum scilicet Missificum adhuc recordaris, tuos habes quotidie ob oculos.

*Missifices populum non Christo, sed sibi, se uero ei, cui seruiunt, offerunt.*

De offerendis uero seipsis Domino & populo, quid quæso illi cogitant, cum nec ipsi sensum aliquem uel legis, uel Euangelij præ se ferunt, nec quicq; sacrae doctrinae & Euangelij populo administrant, quem sibi quoq;

## AVT SVBLATA AVT PERVERSA.

quoq; falsa fiducia operis sui, quam Christo Domino no fiducia mortis illius, & resurrectionis, addictum cupiunt. Addicti enim solide Christo Domino homines, defugiunt alienos, horrent Antichristos, & benedictiones sacerdotum, qui Dominum non audiunt, nec solliciti sunt, ut Domino suam gloriam adserant, iuxta uerbum Domini, & Canonum præcepta, ceu maledictiones abominantur.

Sed nec id panis, & uini, quod solennibus quidem uerbis, uerum nec ipsis rite intellectis, & populo expositis, offerre uideri uolunt, Deo & Ecclesiæ uere offerunt. Nec enim ista symbola religiosi, & cum populo communicatis precibus, atq; gratiarum actionibus, per uerba Christi in sacramenta eius, consecrant, populoq; iuxta Domini præceptum dispensant, uerbis quidem ueterum, quibus illi in administratione Eucharistiæ precabantur, utuntur, sed mendacibus quod ad ipsos attinet, dum nec, quam uerba hæc requirunt, mentem, nec res oblatas, nec sacramentorum exhibent communicationem.

Iam de Christo ipso, de morte, & resurrectione, de corpore, & sanguine eius, quid dico? Cum Missifices tui Dñm ipsum, & passionem eius, atq; resurrectionem adeo non prædicent, cum carnem & sanguinem Domini,

*Nec id quod offerunt, Missifices Deo & Ecclesiæ offerunt*

*Nilil Christi offerunt in Missis.*



## IN MISSA OMNIA

Domini, nec immolata pro nobis in cruce, nec donata in cibum, & potum uitæ æternæ, uel celebrent uerbis, uel exhibeant sacramentis, ac ita nec Deo suam gloriam offerant, nec Ecclesiæ cōmunionem Christi.

Hæc ita habere uulgo apud tuos ubiq; gentium sacrificios Latome, inficiari non potes. Vt. n. inuenias in horꝝ turba aliquos minus corruptos uita & morib. & qui, quæ in Missis dicunt & agunt, dicant & agant aliqua cum grauitate, & religione: Nemo tamen omnium uestroꝝ Missas suas, lectiones scilicet, preces, gratiarum actiones, & sacramenta ita administrat, celebrat, exhibet, ut Dominus ipse instituit & præcepit, uerbis scilicet quæ populus intelligeret, & sacramentis, quæ integra præsentibus dispensarent, ad gloriam patris & Christi, in salutem fidelium præsentium, & omnium illustrandam, & ad salutem fidelium præsentium, & omnium, ad gloriam Dei, & Christi illustrandam.

Ex his, quæ breuiter cōmemoratis, satis uident, quæ Christi sunt, possunt uidere, sacrificulos uestros sacrificia ueteris Ecclesiæ omnia aut plane sustulisse, aut certe penitus peruertisse, tamen quia nimis alte ad huc ista heret falsa persuasio de sacrificio illo confecto, quod sacrifici tui Missis suis uenditant, ut certi cognoſci

*Etiam optimorum  
Missificum Missæ  
se peruerſe.*

nosci queat quæ sit Dño abominabile, tria modo ei⁹ uitia, quanta sint, paulo fufius hic explicare studebo.

Sunt autem hæc. Primum, quod sacrificuli tui, quæcunq; in Missis suis dicunt & gerunt, p̄ alienam linguam, & superstitiosa sibila omnia contegunt, fidelesq; præsententes celant. Alterum, quod Sacramentorū dispensationem nullam exhibent. Tertium, quod Missis suis conscientias hominum in securitate peccãdi contra metum diuini iudicij obfirmant, falsa fiducia sui operis.

*Quantum sit sacrilegium, quod Missæ sic administrantur, ut populus non intelligat, quæ in illis dicuntur, & geruntur.*

Cap. XXVIII.

Vt primum uitium quæsitum sit, & quæ abominandum Deo, plane intelligas, considera quæso, quæ sit illa cænæ Dominicæ administratio, quam instituit Dominus, quamq; obseruauit Ecclesia Dei, dum ueris illa regeretur Episcopis: Ea certe sic habet, ut sacerdotes hæc Domini mysteria administrantes, debeant piæ plebi, (Catechumeni enim, Energumeni, & poenitentes, cum omnibus profanis hominibus, priusq; celebrare hæc sacra inciperent templis excludant) omnia & uerba, & signa quæ clarissime, & religiosissime exponere atq; cõmunicare. Vnde ipsa sacra



**LIB. II.**

**QUANTVM SIT SACRIL. MISSAS.**

canæ administratio, sicut Græcis *κοινωνία* nisi *κοινωνία*, Ita latinis dicta est cōmunio: q̄ scilicet in hac ceremonia, quæcunq; dicuntur & geruntur, oporteat sacerdoti cum uniuerso, & clero, & populo esse cōmunia, eoq; administrari, ut in fide, & uita Dñi nostri Iesu Christi cōmuniter omnes q̄ efficacissime prouehantur. De qua cōmunionem expēde q̄ scripserit D. Chrysoſtom⁹.

- ” Quin & in precibus, inquit, uiderit quis populum
- ” multum simul offerre, cum pro energumenis, tum p̄
- ” pœnitentibus. Cōmunes .n. p̄ces, & a sacerdote, & ab
- ” illis fiunt, & omnes unam dicunt orationem, oratio-
- ” nem misericordia plenam. Iterum: Vbi excluderit
- ” mus a sacerdotalibus ambitibus eos, qui non possunt
- ” esse participes sanctæ mensæ, alia faciendâ est oratio,
- ” & omnes similiter sup̄ terram iacemus, & omnes si-
- ” militer surgim⁹. Quando iterum pax cōmunicandâ,
- ” omnes similiter salutamus, in ijsdem iterum reuerē-
- ” dis mysterijs bene p̄catur sacerdos populo, & bene p̄-
- ” catur populus sacerdoti. Nam cum spiritu tuo, nihil
- ” aliud est q̄ hoc: Ea quæ sunt Eucharistiæ, communia
- ” sint omnia, Neq; enim ille solus agit gratias, sed etia-
- ” am omnis populus. Prius enim accepta illoꝝ uoce,
- ” deinde congregatis illis, ut digne & iuste hoc fiat, inc-
- ” ipit Eucharistiam. Et quid miraris si cum sacerdote
- ” populus

*Quid: Et cum spi-  
ritu tuo*

*Ordo Missæ*

## SIC AGERE VT NON INTELLIG.

popul<sup>o</sup> loq<sup>t</sup>, ubi sane & cum illis Cherubin & sup<sup>n</sup>is potestatib. cōmuniter factos illos hymnos p<sup>o</sup>sonant.

*Quis hodie sacrificiorum sic de populo Christi iudicat?*

Sic & D. Gregorius Romanus Episcopus, Chrysostomo atate multo posterior, rationem celebrandi canam Dñicam descripsit ad Iohannem Syracusanū Episcopum, tam eam, quam ipse instaurauerat Romæ, quam eam, qua tum utebantur Græci. In utraq; n. cōmemorat populū & q̄dam dicere cum sacerdote, & ad q̄dam ei respondere, nimirum iuxta p̄scriptū Dñi. i. Cor. xiiiij. Ex hac uero omnino catholica cænæ Dominicæ celebratione, quid quæso in Missis uestris reliquum est? Vbi cōmunes fiunt a sacerdote & populo p̄ces, ubi omnes dicunt unam orationem, ubi fit cōmunicatio pacis salutantib. se inuicem omnibus qui sacra cænæ adsunt? Vbi bene precatur sacerdos populo, & populus sacerdoti? Vbi agit & popul<sup>o</sup> gratias, & accepta uoce populi, sacerdos? Omnia hæc in Missis uestris populo adeo erepta sunt, ut ei nec Amē dicere ad .S. preces, relictum sit, dum scilicet uestri sacrifici cuncta & loquunt<sup>r</sup>, & peragunt lingua, quam populus non intelligit. Quod .S. patres ad unum omnes, sicut a spū. S. p̄ Apostolum docti erant, iudicarūt esse loqui in aerem, nugari pueriliter, auertere populo edificationē fidei, immo esse opus furentium, p̄p̄riūq;

*Epistola lxxij. libro vij.*



## LIB. II.

Q VANTVM SIT SACRILE. MISSAS  
 cultus & sacerdotij Idololatrici, ac pertinere deniq; ad  
 eos qui in iudicium Dñi inciderunt, ut audire sacra  
 debeant, & non intelligere, ne seruentur. Lege, te ob-  
 scuro, & expende Apostoli. i. Cor. xiiij. Et. S. patrum  
 qui in Apostolum scripserūt, tonitrua in hac uestram  
 peruersitatem.

*Vide Ambrosi-  
 um in caput hoc,  
 i. Cor. xiiij.*

Et quid tandem possit magis insanum excogitari,  
 quam id, quod tui hac in re sacrificuli admittunt: Ad  
 Missas suas populum in concionibus magno studio  
 inuitant, ambitioso campanarum sonitu conuocant,  
 & diris etiam præceptis concurrere ad eas compellit,  
 easq; magnifica pompa publice exhibent, & in ipsis  
 Missis populum aliquoties facie ad eum conuersa, sa-  
 lutant, ad orandum, ad genua flectenda, & leuanda, ad  
 tollendum sursum corda, ad agendum gratias, clara  
 uoce exhortantur: ac quo melius ab omnibus exau-  
 diantur, suggesta celsa conscendunt, & lingua ad hæc  
 omnia utuntur, quam popul<sup>o</sup> non intelligit, tum etia-  
 am multa adeo submissè efflant susurro magis q̄ ser-  
 mone iusto eloquuntur, ut ea nec ij qui latine norunt,  
 & adstant proxime, queant percipere, plerunq; neq;  
 ipsi Missatores. Qua superstitione etiam illa ipsa Dñi  
 sanctis. uerba, quibus sacramenta efficiuntur, suppri-  
 munt, quæ oportebat maxime omnium clara & alta  
 uoce

*Vide horribilem  
 peruersitatem.*

## SIC AGERE VT NON INTELLIG.

uoce pronuciare, Ita, ut uetus Ecclesia facere solebat, Et huius quoq; temporis Ecclesia, & apud Græcos, & apud æthiopas facit.

Quid enim est (dic Latome quod uerum esse sentis) illudere Deo, & ecclesiæ eius, si hoc non est? Quis agas, quis subulcus feret illum suum quilibet leue negotium obiri tam peruerse? Sed Antichristi spiritus non esset, qui istam tam furiosam puerilitatem introduxit, & sustinet, nisi in omnibus contraria Christo, & eius spiritui institueret, & tueretur. Christus Dominus in hoc misit spiritum. S. a patre, & pater in nomine filij sui, ut Apostolis, & ministris Ecclesiæ suæ daret magnifica sua opera, totum redemptionis nostræ mysterium, sic annunciare omnibus nationibus, & gentibus quæ sub coelo sunt, ut ea quisq; audiret, & intelligeret in sua lingua. Audiebat unusquisq; eos loquentes, inquit Lucas, in sua, non lingua tantum, sed & propria loquendi ratione, ἰδίᾳ διαλέκῳ, Et ipsi qui Apostolos audiebant: audimus eos, dicebant, nostris linguis loquentes magnifica opera Dei. Recte igitur spiritus sedis Romanæ pro suo ingenio id effecit, & retinet, ut ministri eius legere saltem latine discant, ut hac lingua beneficia Dei, magnifica opera Christi, ita demurmurare & decantare possint, ne quisq; illa in sua propria

I iij lingua

*Christus dedit suis loqui multis linguis, ut cuius gentium sua lingua ipsi sum predicarent. Papiſtae discunt unam, ut mysteria Christiani omnes gentes colant.*



## LIB. II.

270

Q VANTVM SIT SACRILEGIVM  
lingua audiat, eoq; nec intelligat, nec per ea ædificet,  
& seruetur.

Quo etiam abutitur hic spiritus formis loquendi,  
& varijs signorū ceremonijs ac ritibus qbus. S. Patres  
bene usi sunt, quia ad intellectum & ædificationē fidei  
omnium iniciatorū his usi sunt. Ita n. hæc sacrificiū  
tui hodie usurpant, ut mysteria Dñi tegant, & cœlen-  
tur, & non uulgus quidem tantum, sed eos quoq; qui  
latine norunt, adeoq; etiam ipsos Missatores, inter  
quos scilicet ne milesimus quidem plane intelligit, q̄  
in Canone illoꝝ dicunt, & gerūt, Tum etiam, quod  
omnium deterrimum est, idem spiritus per has uer-  
borū formas, & signorū rit⁹, cum sacerdotes, tum po-  
pulum in alienam omnino & diuersam a mente & pi-  
etate patrū, & summæ noxiam deduxit opinionem,  
de nouo quodam opere sacrificij, quod ex sola sacer-  
dotum consecratione, intentione, & externa exhibi-  
tiōe, salutare sit, idq; etiam uacuis poenitētia, atq; fide.

Vides regnū tenebrarū, uides potestatem caliginis  
æternæ, uides uim aduersarij summi Dñi nostri Iesu  
Christi, q̄ un⁹ Dñs, & magister noster cœlestis p̄cepit  
Euāgeliō suum & uerbis & sacramētis p̄dicari, hoc est,  
claris, explicari, & familiaris. cōmēdari, omni crea-  
turæ, infigiq; in animis omnium electorū suorū, donat⁹  
torū

toꝝ sibi a patre, ut eis imptiat uitam æternam. Quos nimirum omnes tam laicos, q̄ clericos fecit in se unum, ac ita unum, sicut ipse & pater unum sunt, ut sint & maneant in ipso, sicut est & manet ipse in patre. Quos amicos omnes non seruos uocat, & habet, quia reuelat eis quæ audiuit a patre omnia.

*Quantum sit sacrilegium remouisse a Missis dispensationem sacramentorum. Cap. XXIX.*

Non minus pugnat, sicut cum clariss. Dñi institutis & p̄ceptis, ita etiam cum omni & doctrinæ, & usu ueterum, ipsoq; pietatis sensu, omnium scæculoz, deniq; & cum ipsis Missarum uestrarum precibus, & cationibus, quod sacrificuli uestri dispensationem sacramentoz a Missis suis pridem remouerunt, alteram nimirum substantialem cænæ Dñicæ partem, & cuius gratia cætera sacra cænæ instituta sunt, & administrari debent omnia. Quam ita sane a Missis suis sustulerunt, ut in tanta Missantium colluue rare debere sit, qui putet sacramenta in Missis dispensari, quibus omnes angulos templorum, im mo etiam priuatarum ædium, repleuerunt, sed etiam in ijs, quas uocatis publicas & magnas, q̄ in summo scilicet altari, & maiori solennitate celebrant.

Hinc



## Q VANTVM SIT SACRILEGIVM

Hinc in Gallijs eo res deducta est, ut communicanturi Eucharistia, putent sibi ante Missam audiendam esse, ac deinde alio in loco Eucharistiæ cõmunionem percipiendam.

At quis (uel tantillum habeat mentis, Christo Domino credentis, & eum Magistrum suum cõlestem agnoscentis, q̄ audiat illum, cum in sanctis. sua cæna, in qua hoc sacrificium & ipse primus exhibuit, & nobis celebrandum instituit, panem & uinum in manus accepisset, non tantum egisse gratias, atq; ea discipulis spectãda exhibuisse, uti nostri faciunt sacrifici, sed dedisse ad statim discipulis, atq; dixisse: Accipite & manducate, accipite, & bibite ex eo omnes, & id ipsum discipulos quoq; ilico fecisse,) & non intelligat, nihil minus exhiberi q̄ cænam Dominicam, cum sacramenta tantum uidentur ostenduntur, non dispensantur etiam sumenda.

Hinc ueteres ubicunq; de administratione Cænae Dominicæ, hoc noui testamenti sacrificio, mentionem faciunt paulo pleniorẽ, illud oblatione, & sacramentorum distributione, atq; sumptione definiunt. In uestro certe Canone tui sacrifici in omni Missa dicere solent. Vt quotquot ex hoc altari sacrosanctum corpus & sanguinem Dñi nostri Iesu Christi sumpse-

## REMOVISSE A MISSIS DISP. CALI.

sumpserimus, omni benedictione cœlesti, & gratia repleamur. Modo autem ubi sunt, ad quos referatur illud: quotquot? Et post communionem: Quod ore sumpsimus Domine, mente capiamus, ut de corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi fiat nobis remedium sempiternum: Non dicit sumpsi, sed sumpsimus: De qua sacramentorum uera cōmunicatione, quam sacerdos cum clero & populo in administratione cœnæ Dominicæ facere debet, tot etiam collectæ clare testantur, quæ ideo post communionem, id est, cōmunem sacerdoti & præsentibus sacramentorum sumptionem dicantur, præscriptæ sunt.

*Nota, quotquot sumpserimus.*

An uero non agnoscis tandem, fieri hic omnino immaniorem, quam uerbis possit explicari, Deo cōtumeliam, cum sacrificuli uestri uerbis ueterum, quibus illi uere & sancte utebantur, quia in omni sacrificio sacramenta populo religiose distribuebant, abutuntur tam mendaciter, dum nihil scilicet sacramentorum dispenfant, ac ita præcipuum, quod Dominus in hac ceremonia & fecit ipse, & fieri præcepit, prætermittunt.

*Quæntis mendacijs concumeliam Deo faciunt in Missis Papiæ sacrificio li.*

D. Chrysostomus quærebatur frustra haberi oblationem, frustra ad stare sacerdotem altari, cum sacramentis pauci participarent, etiam si tum sacerdos populum

*Homi. iij. in Epistolam ad Ephe.*

m pulum



## LIB. II.

## QVANTVM SIT SACRILEGIVM

pulum magno studio ad cōmunicandū sacramentis inuitarent, & omnia, cæna ita ut Dñs instituit, clarissime, & religiosissime, ipsi sancti & inculpati, clarissime item sancto & pbato, exhiberent & explicarent. Nam in hoc maxime cæna hæc a Dño nobis pposita est, ut iuxta eius uerbum accipite, & manducate, accipite & bibite, corpus & sanguinem eius, his ipsis sacramentis pane & uino participamus.

Non ergo frustra tantum, sed ad infandam illusionem Dei, & Ecclesiæ adstant altaribus suis ij sacerdotes, qui sacramēta e Missis suis non dispensant, non solum laicorū uitio, sacramenta non petentium, sed suo ipsorū, cum ppter falso iactatum sacrificium, quo se mentiuntur Christum non fideli populo, sed Deo patri offerre, tum q̄ de petendis & sumendis sacramentis populum nihil monent, nihil docent, nihil hortantur. Nulla igitur ratione id negare potestis, sacrificios uestros & Missatores, horrendum admittere sacrilegium in Missis suis. Sicut tegendo mysteria B. communionis per alienam linguam, & magicos suos susurros, atq; sibila, ita etiam eripiendo populo fideli dispensationem corporis & sanguinis Domini, quam nec uerbis, nec re ipsa offerunt, ab eis per uitiola illa confictæ oblationis Christi pro omnibus persuasione.

Nam

Nam hac puerfitate rapiunt & Christo Domino suum honorem ex fidei eius cōmemoratione ab omni populo celebranda, & Ecclesiæ Dei cibum, & potum uitæ aternæ.

Dicunt te Latome coemisse libros ueterum, quod laudo, ꝑꝑꝑꝑ dum non diuinis scripturis te primum dedideris, & harum luce in sanctoꝝ Patrum scriptura dirigaris, fieri non potest, ut nō passim periculose impingas. Verum n. salutare præceptum est, quod sacra discere cupientibus D. Augustinus tradidit, libro de doctrina. ij. cap. viij. quod sic habet. Erit igitur diuinarum scripturarum solertis. indagator, qui primo totas legerit, notasq; habuerit, & si nondum intellectu, iam tamen lectione, duntaxat eas, quæ appellatur Canonica, nam ceteras securus leget fide ueritatis instructus, ne præoccupent imbecillum animum, & periculosas mendacijs, atq; phantasmatis eludēt. præiudicent aliquid contra sanam intelligentiam. Veruntamen quoniam ueterum monumenta euoluis, obserues rogo ea loca, in quib. de canæ Dominiæ sacrificio illi loquunt: & uidebis apud omnes distributionem & cōmunicationē sacramentoꝝ plus ut necessariam habitam esse, & ꝑꝑꝑꝑ huiꝰ sacrificij  
 in ij      partem



**LIB. II.**

**Q VANTVM SIT SACRILEGIVM**

partem, sine qua celebrari illud nemo unq̄ cogitasset, & monstrum sane sacrilegum iudicasset.

Sed ne in re adeo manifesta immorer diutius, unū tantum locum, ihs, quos superius adscripsi, adjiciam, ex quo nisi mētem omni ueritati Christi p̄sus clauderis, uideas facile, quæ fuerit ueteribus administranda cænæ Dñicæ catholica ratio, & quod sacramentorum in populum distributionem, præcipuum, & omnino necessarium in hac ceremonia ministerium, habuerunt. Locus unus est D. Augustini ad Paulinum, ubi tractat locum illum Pauli ad Timo: Adhortor primum omnium fieri deprecationes, orationes, intercessiones, & gratiarum actiones &c. In hunc locum ita scripsit: Multa quippe hinc dici possunt, quæ impropria banda non sint, sed eligo in his uerbis hoc intelligere, q̄ omnis, uel pene omnis, frequentat Ecclesia, ut preces, cationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum, anteq̄ illud quod est in Dñi mentione, incipiat benedici: Orationes, cum benedicuntur, & sanctificatur, & ad distribuendum cōminuitur, quam totam petitionem fere omnis Ecclesia, Dominica oratione concludit.

*Nota: Omnis uel pene omnis Ecclesia.*

*Ad distribuendum. Omnis Ecclesia.*

Post hæc, ubi quædam de uocibus *εὐχὴ* & *προσευχὴ* disputauit, subiicit: Vouentur autem omnia quæ offeruntur

## REMOVISSE A MISSIS DISP. CALI.

feruntur Deo, maxime sancti altaris oblatio, quo sa- *Oblatio populi*  
 cramento p̄dicatur nostræ aliud uotum maximum, “  
 quo nos nouimus in Christo esse mansuros, utiq; in “  
 compage corporis Christi. Cuius rei sacramētum est, “  
 quod unus panis, unum corpus multi sumus, Ideo in “  
 huius sanctificatione & distributionis præparatione, “  
 existimo Apostolum iussisse proprio fieri *πρὸς εὐχάσ*, id “  
 est, orationes, uel ut nonnulli minus perite interpretati “  
 sunt, adorationes: hoc est enim ad uotum quod usita- “  
 tius in scripturis nuncupat̄ *εὐχῆ*. Interpellationes au- “  
 tem, siue ut uestri codices habent, postulationes, fiunt *Populus benedici-*  
 cum populus benedicitur. Tunc enim antistites ue- *tur.*  
 lut aduocati susceptos suos per manus impositionem “  
 misericordissimæ offerunt potestati: Quibus peractis, “  
 & participato tanto sacramento gratiarum actio cun- “  
 cta concludit.

In his uerbis D. Augustini obserues. Primum po-  
 pulo exhiberi .S. cænam, & in ea omnia illi commu-  
 nicari solitam fuisse. Quam petitionem, inquit, fere  
 omnis Ecclesia Dominica oratione concludit. Item  
 cum populus benedicitur. Deinde animaduertas in  
 .S. Domini cæna id quod in mensa Domini erat, non  
 minus distribui consueuisse, q̄ benedici & sanctificari.  
 Cum benedicitur, inquit, & sanctificatur, & ad distri-  
 buendum



## LIB. II.

## DE SPIRITUALI COMMUNICA.

buendum comminuitur. Item, quibus peractis, & participato tanto sacramento.

Sed evolue quicquid poteris nancisci scriptorū, quæ a .S. patribus Ecclesijs relicta sunt, & inuenies ab omnibus de uera cænæ Dominicæ administratione hæc consentientis. testata. Primum, sacrificium cænæ Dominicæ .S. Patrum tempore, nunquā nisi certo discipulorum coetui esse administratum, & quoad fieri poterit, probatorū, atq; in uno coetu, unum duntaxat sacrificium, sicut unum tantum altare singula templa habebant. Ex quo cum D. Cyprianus unitatem Ecclesiæ prædicat, ita cuiq; Ecclesiæ unum altare tribuit, sicut unum Episcopū. Deinde in hoc sacrificio omnia cuiq; populo in sua lingua esse exhibita, & clare expressa sine Sacramentoꝝ distributione, q̄ Baptisma sine aliquorum tinctione.

*De spiritali cōmunicatione sacramentorū quam Missifices prætexunt, nec exhibent tamen. Cap. XXX.*

**P**orro illam cænæ Dñicæ non truncationem, sed omnimodam sublationem ex Missis uestris, quam uestri sacrifici, dum Missas exhibēt, sine sacramentorū dispensatione admittunt, conamini duobus nominibꝰ excusare: Vno, quod p̄ sacrificios non fiet, quos

quominus sacramenta ex Missis suis distribuunt, si quidem enim adessent, qui sacramenta peterent, sacrificatis illos libenter ea esse dispensaturos. Altero, quod satis sit populum ad Missas sacramentis spiritualiter communicare, nec opus sit ut id quoque sacramentaliter faciant. Quo commento non parum sibi placent, & confidunt Sophistae Colonenses.

Verum ut ad posterius prius respondeam: Quis timens Dei non uideat, si laicis satis sit communicare corpore & sanguine Domini sine sacramentis, idem etiam satis esse ipsis Missatoribus. Adeoque hinc nullam omnino causam afferri posse, cur caena Domini exhiberi conueniat non canaturis, quam Baptisma nolentibus tingi: aut ut minus absurdum sit haec sacramenta cibi & potus afferre, nihil de illis gustaturis, quam Baptisma renuentibus Baptizari.

Norunt enim omnes, qui uerbo Dei solide credunt, uerum & catholicum esse, quod D. Chrysostr. scripsit: in tractatione horum mysteriorum nihil inter sacerdotem & populum interesse: Et omnibus idem proponi corpus Domini, & idem poculum, ut eo pariter utantur, & sacerdos & populus.

Sed ut tolerari posset, ad canam Domini uocare populum, nec sacramenta ei distribuere, si spiritualis

Sacra-



## PAPISTAE PRO DIVINIS SIGNIS

Sacramentorum communicatio ei exhiberetur: Tamen nec hanc sacrificuli tui cuiq; administrant. My-  
 steria enim Christi in Missis suis non solum non ex-  
 plicant populo, sed tegunt etiam, non intellectis, ac  
 bona ex parte ne auditis quidem, uerbis, signisq; tam  
 peregrinis. Ad quem ergo consensum præbendum  
 sacrificio, ad quam spirituales Christi communicat-  
 tionem, homines per Missificos uestros inuitantur,  
 uel docentur, cum nihil aut parum eorum, quæ illi uel  
 dicunt, uel gerunt, intelligant? Quod enim de concie-  
 onibus dicunt, in quibus ista exponant populo, ma-  
 nifestum est cõciones tales raro haberi, nec in eis ex-  
 plicari, quæ dicuntur, & geruntur in Missis omnia,  
 ( Nam paucissimi Missatores sunt qui ea ipsi omnia  
 intelligant) Deniq; q; multi sunt in populo, qui ea etia-  
 am si omnia, & sapius explicarent, memoria omnia  
 tenerent?

*Papistæ, pro signis institutis diuinitus inanes obtrudunt  
 imaginationes. At pro signis inuentis humanitus, & in  
 grauem abusum conuersis, non patiuntur supponi uiam  
 Christi doctrinam & orationem. Cap. XXXI.*

**H**æc sane insignis uestra est peruersitas, dum uest-  
 stri Pontifices sacramenta diuinæ Maiestatis  
 nulla ratiõe, sed plane Antechristiana audacia, & ma-  
 nifesta

## INANES OBTRVDVNT IMAGINE

nifesta Dei contumelia, Ecclesiæ Dei eripiunt, multis deprædicatis nobis, fide & spiritu omnia salutis nostræ constare, & perfici, leuem esse iacturam rerum externarum, quibus Deus uirtutem saluandi non alligauit. At dum nos signa aliqua, & ea inuenta humanitus, quæq; etiam manifestæ superstitioni pridem deseruiunt, prætermittimus, idq; & necessaria de causa, auerendi scilicet offendicula fidei, & ad serendi libertatem Christi, atq; dignitatem sacramentorû, quæ nobis tradidit Deus, uindicandi, tum etiam nullo eorum contemptu, qui eiusmodi signis unq; pie usi sunt, uel utitur, statim clamatis nos contemnere auctoritatem maiorum, conuellere societatem, & unitatem Ecclesiæ, ledere maiestatem spiritus sancti, quo Ecclesia regitur, quiq; talia instituerit. Nec ulla potest esse tanta poenitentia, nulla spiritus unctio, nulla uitæ innocentia, nulla uirtutum ornamenta, nulla lux fidei, nulla uis uerbi Dei, quibus compensari possint illa uestra signa, salis, aquæ benedictæ, olei, & chrismatibus, Missalium uestium, atq; ornamentorû, cereorum, & aliorû luminum, sputi, & insufflationum &c.

*Sacramenta dispensari sibi a Missis populus non petit, fit culpa Missificum. Cap. XXXII.*

Quod autem dicunt tui sacrificuli, non ipsorû culpa  
n deesse



LIB. II.

DISPENS. CAL. A POPVLO NON PETI

deesse Missis suis sacramentorum dispensationem, sed laicorum, qui sacramenta ab ipsis non petant: hoc rea sponsum aliquid frontis haberet, si populum diligenter docerent, hoc esse institutum Dñi, ut omni canæ Dominicæ adsint una canantes, qui sacramenta a sacerdote percipiant, & ad cōmunicandum sacramentis studiosè adhortarentur. At quis audiuit eos unquē hęc docere, & ad huiusmodi sacramentorum cōmunicationem adhortari? Nec enim dubium est, si .S. mensæ Domini communionem populo ita cōmendassent, & uel nunc tandem commendarent, ex uerbo Dñi, ut ei ex suis cōmentis amplificauerunt, confitectam suam oblationem, panisq; spectationem, & cicutationem, ac etiamnum attollunt, nunquē defuissent, nec hodie deforent, qui sacramenta ab eis petuissent, & hodie peterent. Hęc de secundo crassiore, & perniciosiore Missarum uitio, Iam & de tertio.

*De tertio & omnium grauis. Missarum uitio.*

Cap. XXXIII.

V eniamus nunc ad tertium, & omnium grauisimum Missarū uestrarū uitium, q̄ exhibentur illæ, non ut homines excitēt ad peccatorū suorū penitentiam, & ut fidei in Chrīm accipiant incrementū, & confirmationem (in quem unum finem exhiberi necesse

## FIT CAUSA MISSIFICVM.

esse est sacrificia Deo grata omnia) sed ad id magis, ut homines contra metum diuini iudicij indurentur, & ad peccadum fiat securiores, falsa illa de sacrificio eaz decepti opinione, quasi possit Deus Missaz sacrificijs ita placari, ut uelit etiam perseuerantibus in sua impietate, & uitæ impuritate, bona omnia largiri, & mala cuncta auertere.

Hæc enim est cum cæteris uitijs humano ingenio a primo usq; parente innata impietas, ut a uero Dei cultu omnes homines natura abhorreant, & falsos cultus quosuis cupidissime amplectantur, & retineant pertinacissime. Hinc factum uidemus a primis inde genitis hominibus, ut quicumq; non ex Deo renati, sed sati erant ex malo, ut Cain, primum ueras & diuinitus trahtas religiones peruerterunt, contrario omnino quam sint institutæ diuinitus, sine, eas usurpantes: Deinde, ut adulterarint etiam illas irreligiosis hominum inuentis: Postremo prorsus etiam impijs superstitionibus commutarint. Has omnes deprauationes cultus diuini, & sacrificiorum in Missas suas sacrificuli tui contulerunt. Verum, quo id certius possis deprehendere, & agnoscere, uelis queso ante omnia discere, in quo consistat uerus Dei cultus, usufq; syncere Religionis: Tum, unde



## QVIS VERVS DEI CVLTVS

fit, q̄ homines uerum Dei cultum, & pbatas religio-  
nes non ferant, sed peruertere eas semper, ac falsis rea-  
ligionibus uitiare, ac deniq; prorsus pmutare soleant.  
Qua de re paucula hic commemorare uolo, ac deinde  
ostendere Missas uestras, hoc maximo, & pernicio-  
sissimo uitio omnis falsi cultus, cunctas & gentium &  
Iudæoꝝ superstitiones, & falsas religiones, longe ante-  
cedere.

*Quis uerus Dei cultus, & quæ gratæ Deo religiones.*  
Cap. XXXIII.

D eus cum ex immensa sua bonitate condidisset  
& effecisset hominem ad imaginem suam, in-  
didissetq; ei admirabile consortium naturæ suæ, uolua-  
it, ut ille de sua in ipsum charitate certus, & benigni-  
tate eius omnib. bonis effluens, ipsum omni sapien-  
tia, sanctitate, & bonitate, cum in conuictu & con-  
gressionibus sui generis, tum in gubernatione, & usu  
reliquarum creaturarum referret, atq; celebraret. Ad  
gloriam enim laudis suæ hominem creauit.

At postq; p peccatum hanc Dei imaginem, istam-  
q; diuinitatis cōmunionem amisimus, & non intelle-  
cto, quem Dominus nobis contulerat, honore, in be-  
stiarum conditionem præcipitauimus, & similes illis  
facti sumus, ipse fictor & Deus noster, ex immensa  
sua

## ET GRATIAE DEO RELIGIONES.

sua misericordia promisit & donauit nobis filium suum, qui peccata nostra sua morte expiaret, & credentes sibi ad imaginem, & uitæ rectæ, ac beatæ communionem regeneraret, spiritusq; suo innouaret: eamq; imaginem suam, & uitæ suæ cœlestis communionem in nobis dum hic uiuimus, perpetuo instauraret, abominando imaginem Adæ terreni, & sanando tractos a prima origine morbos, ut ita p̄ fidem de ipsius in nos charitate & indulgentia, nostriq; perficienda tandem restauratione, confisi, inciperemus ( in eoq; quotidie proficeremus ) repressis prauis cupiditatibus, uitam Dei, toto corde meditari, omni cœlesti sapientia, sanctitate, & inter nos ipsos charitate: ipsum ubiq; & in omnibus ut Deum & patrem nostrum in filio suo inuocantes, acq; peccatorum, quæ quotidie admittimus, ueniam orantes: deniq; pro misericordia sua e cunctis beneficijs suis, eum semper celebrantes, & glorificantes.

Hæc uero nostri ad imaginem, uitamq; Dei reparatio, quia fide tantum in Dominum nostrum Iesum Christum, quæ non est nisi uere pœnitentia de peccatis suis, & primum percipitur, & deinde augetur: fides autem non nisi ex auditu & confirmatione Euangelij Christi, cum gignit, tum incrementa sua accipit,



## QVIS VERVS DEI CVLTVS

*Origo et usus publicarum religionum.*

Dominus ab initio restituti a pditione hominis, hanc rationem religionis, cultusq; sui instituit, & conseruauit, ut homines conuenientes in ipsius nomine, ex ipsius uerbo admonerentur de peccatis suis, uiuaq; poenitentia commouerentur: tum etiam promissionibus Christi, & salutis nostrae per illum perficiendae, ad fidendum Deo, & ad inuocandum, & celebrandum Dei bonitatem, & misericordiam erigerentur, confirmarentur, & incenderentur. Cui praedicationi poenitentiae & remissionis peccatorum in Christo suo, Deus, quo efficacior illa esset, sacramenta sua semper adiecit, certumq; usum sacrificiorum.

Itaq; constitit semper, & constat hodie uerus Dei cultus, ueraq; religio, in eo, ut homines ex uerbo Dei compuncti, peccatorum suorum poenitentia, ueniam peccatorum, & uim perseverandi, progrediendiq; in uita Dei, orent uera fide a patre per Christum Dominum, Itaq; pietate instaurati, gratias agant Deo, & celebrent misericordiam eius in filio eius, ex toto corde, tota anima, & cunctis uiribus. Hoc quidem celebrius & ardentius in sacris conuentibus, usq; sacrificiorum publicorum, at non in his tantum, uerum in his ita, ut confirmata & aucta pietate, istum cultum Deo exhibeant homines in rebus & actionibus,

## ET GRATIAE DEO RELIGINES.

nibus omnibus, ubiq; & omni tempore. Nam requirit Deus a nobis iure suo cultum solidum, & qui ei praestetur perpetuo, omnibus in rebus, ubiq; atq; ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus uiribus, sicut Deus ubiq; & semper, in rebus omnibus, est Deus noster, & omnis boni largitor, malorumq; omnium depulsor, ubiq; & semper efficiens omnia in omnibus.

Consecrauit quidem & ipse, cultui suo res certas & actiones, certa loca & tempora, sed nequaquam eo, quo ista uulgius hominum ab initio mundi peruertit, ut scilicet cum praescriptis illis actionibus & Ceremoniis, suis locis, & temporibus defuncti sunt, putent se omni religione & cultu Dei defunctos esse:

Verum ut his religionis exercitiis & ceremoniis quae suis constitutis, & locis, & temporibus exhibentur & frequentantur, odio & detestatione peccati, cura; & studio pietatis, sanctimoniae, & iusticiae inflammati, Deum inde hoc studiosius, & solidius colerent, & glorificent, omnibus omnium uirtutum officiis, omnibus in rebus, locis, & temporibus, Id quod est ambulare coram Deo, & simplicem esse, atq; integrum cultorem Dei, solidamq; & gratam praestare Deo seruitutem. Ad qualem cultum

*Vsus templorum  
& sacrificiorum.*



LIB. II.

QVAE SINT ET VNDE ORIENT.

cultum sui hortabatur Dominus Abraham, cum ei diceret, scilicet Dñs omnipotens: Ambula coram me, & esto simplex uel integer. Item Psaltes: Celebrate Dominum omnia opera eius in omnibus locis domini eius, benedicat anima mea Dominum. Et Dei cultum pia mens in alio Psalmo profitetur: Celebrabo Dominum omni tempore, laus eius semper in ore meo.

Hac est natura, hoc ingenium ueri, perfectiq; cultus diuini, & syncera gratæq; Deo religionis. Iam uideamus, & de natura & ingenio falsi cultus, & deprauatarum religionum.

Quæ sint, & unde orientur falsi cultus & deprauatæ Religiones Cap. XXXV.

Homo nondum in Christo Domino renatus, habet omnia studia sua contraria Deo: Sensus enim carnis est inimicitia aduersus Deum, Ro. viij. Vti igitur fecerunt primi nostri parentes, ubi peccauissent, & rebellem Deo, Deiq; horrentem naturam, sibi & suis posteris sua transgressione accersuissent: Ita omnis homo in Christo non regeneratus, & sibi ipse relictus, conspectum uerum Dei, ac uiuam memoriam Dei, semper fugit, & horret. Quia uero nihilominus sentit Deum esse, & pœnas aliquando suæ impietatis

## FALSI CVLTVS ET DEPRA. RELI.

pietatis sumpturum, quarit quibus possit rebus eum  
 sibi placare, uerum ita, ut simul uiuere possit sibi, non  
 Deo. Id ergo cum ueris religionibus fieri non possit,  
 (Nam illæ hominem, & seipso, & reb<sup>9</sup> omnibus exu-  
 tum, consecrant totum Deo, & inserunt Christo) Sa-  
 tan omnibus seculis obtrudit religiones falsas, specie  
 quidem instrumentorum, & ceremoniar<sup>9</sup> diuerfas,  
 sine autem, ut & origine atq; effectu, easdem, quas  
 homines pro impietate & peruersitate ueteris homi-  
 nis cupide arripiunt, & retinent peruicaciter. Quæ de  
 causa illæ in Prophetis adulterinis amoribus, quæ so-  
 lent legitimis magis esse uehementes, assimilantur.  
 Causa autem cur ita placeant falsi cultus hominibus,  
 hæc maxima est, q<sup>d</sup> ex his sibi, q̄tumcunq; prauæ ui-  
 uentibus, & per omnia scelera & flagitia ruentibus,  
 promittunt tamen Dei propiciationem.

*Causa propria  
 omnis falsi cultus*

Id uero homines, pro tracta a prima origine cæci-  
 tate & peruersitate sinūt & cupiūt sibi psuaderi, etiā con-  
 tra cōscientiā suā, & sensum illum iudicij diuini, quem  
 Deus in omnium animis conseruat. Et primum ipsis  
 adeo ceremonij huc abutuntur, ut cum in omni re-  
 liqua uita uiuant sibi & satanæ, Deum non timeant,  
 non inuocent, non gratias agant uero corde, ueroq;  
 omnis iustitiæ studio, tamen ubi sacræ feriæ ueniunt,



## QVAE SINT ET VNDE ORIAN.

aut alias tempus adest aliquod publicarum religionum, conueniunt in templum, sacris publicis communiscant, & se admodum religiosos in speciem præbent, cum cor eorum longe sit a Deo, quod eo certe nimis euidenter demonstrant, quod uiuunt adeo sine poenitentia, & absq; fide operante per dilectionem. Certis enim tantum in locis, certis temporibus, certisq; rebus uolunt colere Deum, & impetrare a Deo, ut ipsis mala omnia amoliat, & bona cuncta largiatur, quo cæteris omnibus in locis, temporibus, & rebus, uiuant pro sua libidine, ad ignominiam, & contumeliam Dei.

Hæc falsi cultus Domini species, ubiq; in Prophetis grauissime accusatur, & damnatur, singulari uero copia & uehementia Isa. i. & lviij. Hiere. viij. Amos v. Maleachi ij. Quæ loca rogo te, ut legas, & expendas quantæ abominationi testetur Deus ipse, esse sibi etiam eas ipsas religiones, quas populo suo ipse tradiderat, dum illis non utebatur ad agendam poenitentiam peccatorum, & ad confirmandam augendamq; fidem, quæ Deum ubiq; inuocat & colit, cunctisq; officijs pietatis celebrat. Sed impietas hominum non consistit in hac sola ceremoniarum, quas Deus ipse instituit peruersitate, sed admiscet statim illis etiam horren-

## FALSI CVLTVS ET DEPR. RLIGI.

horrenda sathanæ inuenta, hisq; tandem eas religio-  
nes quas tradidit Domin<sup>9</sup>, partim submouet, partim  
penitus peruertit, eoq; proripit se tandem, ut mera lu-  
dibria, & apertissimas contumelias Dei, pro religione  
amplectatur, quod de Aegyptiis, olim sapientissimis  
hominibus, & multis alijs gentibus, etiam Poetæ eth-  
nici traducendum sibi existimarunt. Et si uere religi-  
osis oculis intuearis, plerasq; uestras ceremonias, ma-  
xime uero pompas illas, quæ sacramenti nomine ex-  
hiberi solent, non inficiaberis & in his extremum istū  
peruersæ religionis furorem horrende obtinuisse.

Recordare modo, quem cultum Dei in Colonienſi  
illa sacramentaria pompa magna uideris. Ad hunc  
uero modum insanunt, & furiunt falsis cultibus om-  
nes homines, donec in Christo renascantur. Qua-  
re cunctis seculis huiusmodi falsæ religiones, & cere-  
moniæ, externa quidem, ut dixi, specie diuersæ, sed  
inuentione, & usu eadem extiterunt, & maximam  
semper partem hominum obtinuerunt. Pro quibus  
etiam defendendis, tot Prophetæ, Christus ipse, tot  
Apostoli, & Martyres indicibilibus tormentis affe-  
cti, & ex hoc mundo sunt pſtigati, idq; ab ijs maxi-  
me, qui professione ueræ religionis excellere omnes  
uolebant, & ordinarium sacerdotium tenebant.



## LIB. II.

## MISSAE VVLGA. SVNT NOCENTI.

*Missas vulgares esse omnibus falsis cultibus nocentiores  
in obfirmando conscientias contra metum iudicij  
diuini. Cap. XXXVI.*

H is iam superstitionibus, & idolomania, cum gentium, tum Iudæorum, sacrificijs Moloch, & aliorum falsorum cultuum, impio deniq; & pueris abusu ceremoniarum ab ipso Deo traditar, successerunt, & Missæ uestræ, & in confirmando conscientias hominum contra iudicium Dei, eoq; & in faciendo contumeliam Deo illos falsos cultus omnes superarunt. Neq; enim unq; ulla ceremonia diuinitus instituta fuit, in qua se Deus in filio suo p̄sentiore exhibuerit, in qua mors, & resurrectio, uitaq; & regnum filij Dei, fuerint uel celebrata illustrius, uel exhibita efficacius, nulla, ex qua & pœnitentia, ac mors peccati potentius excitetur, & urgeatur, studiumq; pietatis magis accendatur, uitaq; Dei plenius instauretur, siquidem illa iuxta institutum Domini celebretur. Quo ergo hæc ceremonia in se, hoc est, ut eam nobis Dominus cõmendauit, & sanctior est, & ad salutem hominum efficacior, hoc sane potentius ualet, cum adeo peruerse administratur, ad persuadendum hominibus, hac posse placari Deum quantuis ipsi in flagitijs & sceleribus perseuerent: & sit Deo eius tam

## OMNIBVS FALSIS CVLTIBVS.

tam peruerso usu contumelia grauior. In hoc enim sacrificio promittunt tui sacrificuli sacrificium Christi filij Dei, quo solo De<sup>9</sup> hominib. uere placat<sup>r</sup>, omneq; illis bonum conciliatur, & malum omne auertitur, cuiusq; unius gratia, & ui, cætera omnia populi Dei sacrificia salutaria semper fuerunt. Hoc iam salutis nostræ remedium omnium efficacissimum, dicunt se exhibere omnibus, quibus Missas suas, ut loquuntur, applicant. Eas autem uendunt, & applicant, ipsi plerunq; aperte flagitiosi, etiam palam sceleratis, & omnipœnitentia peccatorum plane uacuis. Quo quid docent, quid præstant, quid testantur aliud, q̄ opus Missarum suarum, siquidem ab ipsis ematur, talibus etiam hominibus ad salutem præsentem & futuram pdesse posse, quales sunt cum ipsi, tum ij, quibus Missas uendunt, & peculiariter applicant. Neq; enim uolunt ipsi uideri illis frustra Missas suas tam magno uendere, nedum ad perniciem & suam & illorum. Neq; eas tanto illi emerent, nisi apud Deum salutare sibi esse persuasum haberent.

Iam ad firmandam istam peruersam & exitiosam opinionem, plurimum & eo conferunt, quod quæ sacrificuli tui ex uerbis Dñi in Missa recitant, & aliena lingua, & susurris suis obtegunt, & celant: Ita enim



QVARE MISSAE SINT GRATIO.

nemo illis, quanq̄ Dei uerba sint, potest ad peccatorū  
suorū sensum, & iudicij diuini metum, uel ad suspiran-  
dum, ad seruatorem Christum Dñm cōmoueri.

*Quare Missæ uulgo gratiores sint concionibus, & uera  
cænæ Dominicæ administratione. Ca. XXXVII.*

Quo circa mirum non est, q̄ suis adhuc prauis  
dediti cupiditatib. homines Missas istas mu-  
tas, neminemq; ob peccata rephendentes, apparatu  
autem suo oculis & auribus tantopere adblandientes,  
ac p̄terea quæ nobis Christus Dñs morte sua impe-  
trauit, pollicentes omnia, etiam uiuentibus absq; po-  
nitētia, & sine ulla uitæ immutatione, malunt specta-  
re, & q̄libet magno emere, q̄ audire claras uerbi Dei  
conciones, & cænā Dñi adire, quæ iuxta eius præ-  
ceptum administretur, ubi scilicet de peccatis graui-  
sime obiurgarentur. Et q̄q; hic quoq; prædicari audi-  
rent Christum Dñm, & omne meritum eius nobis  
ad aternam salutem nostram, eius uerbis & sacramē-  
tis ibi exhiberi, tamen simul hoc quoq; audirent om-  
nes eos iudicium & condemnationem sibi ipsis ac-  
cerfere, qui his sacris adsunt, nulla poenitentia pecca-  
torum pculsi, nec Christum Dñm in uerbis & sacra-  
mentis suis sese exhibentem, uera fide cupiētes exci-  
pere, quo uitam omnem ad eius p̄cepta q̄ant plenius  
immutare. R e u e

Re uera itaq; Missatores uestri illud summæ saluificum cænæ Dominicæ mysterium, in horrendum redegerunt præstigium, & Antichristi toxicum, ut tantæ hominum multitudini iam diu eo tantum ualeat, ut in contemptu Dei, & peccandi securitate magis magisque indurent. Quod & in ipsismet Missatoribus, tum in minis multis etiam illis, qui Missas eorum præ alijs sibi & liberalius comparant, & spectant studiosius, nimis perspicue cernitur. Nam postquam ipsi Missatores eo impietatis exitiis suis *διαλογισ* proruperunt, ut hoc sacratissimum sacrificium, & hunc sanctissimum noui testamenti cultum adeo peruerterunt, ut nulla alia re Deus in hoc mundo maiore afficiatur contumelia, Deus illos suo consueto, sed iusto iudicio, tradidit in mentem adeo reprobam, & in tam prauas, noxias cupiditates, in adeo portentosos deniq; morbos, & furores, ut nullum aliud genus hominum uiuat turpius, flagitiosius, & sceleratius. Id quod uident, & deplorant omnes fideles Christi, & cum primis testatur Romana sedes, cum sua curia, tum etiam eorum prælatorum, & sacerdotum disciplina, qui Romanis Pontificibus dignitate & potentia proxime accedunt, & ab eisdem maioribus afficiuntur honoribus.

Hinc



## LIB. II.

## QVARE MISSAE SINT GRATIORES

Hinc & illud suo exemplo Missatores uestri effecerunt, ut præcipui Missarum cultores, qui scilicet ægre diem unum absq; spectata Missa uelint transmittere, apud ipsas Missas uestras, apud tam sacrosanctum cultum uestrum, & summæ efficacie ut putant sacrificium, cui cuncta bona sanctorum opera nulla ex parte quæant comparari, non uereantur petulanter deambulare, impias, & foedas sæpe nugas suas tractare, interdum etiam amoribus studere (cuius rei tu Latome in Gallia, & alias non raro spectator fuisti) satiq; se fecisse huic uestro tanto cultui, & omne scilicet Missarum uestrarum meritum sibi comparasse existiment, si modo cum panis ille uester, & calix eleuantur spectanda, respiciant, genua flectant, oculos & manus ad eundem panem, eundemq; calicem attollant. Ex qua religione & illæ abominationes, ac omnino æthnicæ, & idolatricæ pompæ introductæ sunt cum suis flagitijs, & sceleribus, quæ exhibentur, & admittuntur in solennioribus illis panis uestri circumgestationibus.

O iram Dei extremam, o furorem ultimum Antichristi, adeo omnium importunissime, impuritati, nequitia, impietati prostitui eam ceremoniam, illud sacramentum, illud sacrificium, quo nullum dedit Deus hominibus sanctius, nullum ad depellendum a nobis omne

## CONCIONIBVS ET CAENAE. ADML.

omne peccatum, & ad sanādum omnes morbos nostros, ad instaurandam uitam Dei in nobis efficacius, nullum ad quod minus debent admitti homines non explorati, nedum adeo palam impuri.

Dominus Iesus illuminet cor tuum Latome, & omnium qui istam Missarum uestrarum abominationem extremam, audetis defendere, discere ex ipsius scripturis, quem ille cultū a nobis requirat, in quem usum ceremonias suas, & sacramenta nobis instituerit, qua illa uelit a nobis religione, & administrari, & summi, & quōtopere irascatur nobis, & quam non ferat, ut illa aliter administremus, uel sumamus quā ipse instituit, & mandauit, quantaque ipsi sit abominatio cum has ipsas ceremonias eius traditas nobis, ut adnitentiam peccatorum acriorem, & studium pietatis ardentius excitemur, & inflamemur, eo peruertunt, ut animos hominum contra metum iudicij eius impenitentia nostra confirmetur, securioresque reddantur, cum in his cultu omni Dei defungi uolunt, quo licentius omnibus alijs in rebus, locis, & temporibus uiuant sibi, uiuant carni, mundo, & satanæ, & contumeliam faciant Dño Deo suo, conculcent filium eius, immundum ducant sanguinem Testamenti, perdant sese in expiabili reatu corporis & sanguinis Dñi nostri Iesu Christi.



FRVSTRANEVM MISSAT. EFFVGL

*Frustraneum Missatorum effugium de falsa fiducia  
Missarum. Cap. XXXVIII.*

Sed quærunt nunc qdam in parte uestra quodam  
dam, sed frustraneum effugium, ne agnoscant  
se impiam in uulgo opinionē, & fiduciam in Missas  
ipforum confirmare: Repetunt. n. illud Thomæ aq̄  
natis & alior̄, ut antiquior̄, ita etiam sanior̄ schola-  
sticorum sententiam: Missas nemini pdesse, nec ap-  
plicari alicui per Missam meritum Christi posse, qui  
non sit uiuum membrum Christi, & uiuat in charita-  
te Dei. Sed frustra isti, ut dixi, hoc affectant effugio-  
um: nam in libris ista Missatores relinquunt, nec ex-  
plicant populo. Quem enim tu unq̄ audiisti præ-  
dicare, & ea qua decebat grauitate testari, eum Missis  
adesse in iudicium, & certam condemnationem sui,  
grauemq; eo facere Deo & Christo contumeliam,  
qui Missæ adstet sine uera peccatorum poenitentia,  
sine fide, qua se totum Christo Domino restituit, &  
ueniam peccatorum ab ipso oret, & ad id uerbis, &  
sacramentis religiose, ita, ut Dominus instituit, ita-  
tur: quo hæc ipsa poenitentia & fides in se augetur.  
non ut ipso externo opere, siue Missam facientis, siue  
Missam spectantis, aliquid a Deo mereatur. Hæc  
inquam, quis audiuit unquam doceri plane, & urgeri  
ita,

## DE FALSA FIDUCIA MISSARVM.

ita, ut necesse erat, ea urgeri, postquam omnes promiscue, & quique sceleratissimi fere frequentius Missas spectant, omni præterea cura pietatis, & iusticiæ neglecta.

Interim autem quis non audiuit a Missatoribus vestris, cum Missam suam prædicare instituisent, grandi eas confidentia affirmare, nullum posse uel in cælo, uel in terra fieri opus bonum, quod sit uel æque gratum Deo, & salutare hominibus, uiuis, & defunctis, quam Missa sit, etiam si sacerdotes sint flagitiosissimi. Deinde quis unquam audiuit, repulsum aliquem a Missa, & oblatione, quamuis consceleratum, & nefarium hominem?

Nobis perpetuo crimen hoc obijciunt tui sacrificuli, quod ueterum traditiones non seruemus: Quare non ipsi igitur qui catholicam Ecclesiam, & traditiones eius sibi tantis clamoribus uendicant, qui omnes Ecclesiæ opes, omnes dignitates, omnem potentiam Ecclesiæ occupant, hanc Ecclesiæ ueteris disciplinam reuocare student, ut per restitutos suis muneribus ostiarios, & alios ministros altaris, quorum apud eos nomina tantum, & emolumenta reliqua sunt, eijcerent templis omnes non probatæ uitæ, & palam uitiosi, ac reprobos homines, cum Missa sacratioꝝ iam celebranda sit,



FRVSTANEVM MISSAT. EFFVGL.  
 ut ea probatis tantum Christianis administraret, ita,  
 ut uetus Ecclesiæ iubet traditio, quam .S. patres om-  
 nes magna obseruarunt seueritate:

At dices, nec apud nos istam adhuc restitutam esse  
 se disciplinam: laboramus autem nos Latome, pro  
 uiribus ut restituatur, & grauissime omnes monemus,  
 & obtestamur, ne quis his se iungat mysterijs, quem  
 peccatorum suorum non uere poeniteat, qui Christo  
 Domino non ex toto corde credat, pietatisq; se omni  
 addixerit. Recitamus quoq; clare & grauius se omni  
 uinis literis, qui ad mensam Domini admitti possint,  
 qui secus. Quid horum auditur apud Missas uestras?

Fac tu, ut quilibet apud uos sacrificulus, quoties  
 Missam instituit celebrare, presentibus clare dicat, uel  
 illud, quod Thomas, & Scholastici docent, mortem  
 & condemnationem auferre a Missa, quicumq; illa  
 audeat participare, non existens uiuum membrum  
 Christi, non uiuens in charitate, dicat more & insti-  
 tuto ueterum: Discedat hinc omnis scortator, omnis  
 adulter, omnis ebriosus, omnis qui fratrem suum in  
 aliqua re circumuenit, & quæ sibi non debentur ad se  
 trahit, omnis qui cum fratre suo quem offendit non  
 studuerit redire in gratiam, omnis non diligens proximum  
 suum, etiam inimicum, & a quo iniuriam accepit.

Qui a Missis re-  
 pellendi.

perit. Ista effice, ut sacrificuli tui confluentibus ad Missas suas priusq̄ eis Missas exhibere incipiāt, digna his tantis mysterijs grauitate prædicent, & testentur, ita scilicet, ut id requirunt præceptum Dei, & disciplina ueterum, tum demum poterunt se purgare de eo, q̄ falsam illam fiduciam in Missam suam non suscipiant, & confirment ijs, quibus Missas suas tam cupide uendunt, & exhibent.

Nunc autem, cum Missifices tui, neminem de his uel uerbo admonent, & ipsi adeo palam flagitiosi quibusuis implicatis sceleribus Missas suas exhibent, idq̄ etiam tam frigide, tam præpostere, & irreligiose, tum etiam cuncta in illis uerba Dñi quæ ad peccatorum poenitentiam possent cōmouere, & aliena lingua, & surris suis plane opprimunt, & prorsus inutilia reddūt, opus autem Missæ suæ tam portentosis, & blasphemis laudib. uehant, tamq̄ magno uendunt, certe nec apud suas ipsorum conscientias se Deo purgare nūq̄ poterunt, quod non sint hominibus impia illius fiduciæ in hoc ipsorum opus, & authores, & confirmatores.

Quæso te Latome, indica, quod uerum non dubitas, fac duos homines uenire ad Missarum sacrificios, & utrunq̄ Missam sibi petere, unum uere cōtritū corde ob peccata sua, & ueniam peccatorum, ac spiritum



pie uiuendi a Deo per Christum Dominum nostrum  
 pia & solida fide quarentem, & ob id etiam rogantem  
 ut omnia Christi mysteria, quæ in Missis tractari de-  
 beat, clare sibi & religiose exponantur, quo iustaura-  
 ri possit in fide, & uero pietatis studio magis inflam-  
 mari, ita ut scriptura, & omnis uera Ecclesiæ discipli-  
 na requirit. Deniq; ex eadem pietate petentem  
 Missam exhiberi sibi gratis, ita ut Dominus præce-  
 pit, sit autem hic homo obscurus, & tenuis, a quo tui  
 sacrificuli nihil omnino expectent commodi. Alter-  
 rum uero, qui Missam sibi a tuis Missatoribus qua-  
 rat, fac esse manifestum adulterum, blasphemum, lu-  
 forem, bibonem, inimicitias cum proximis suis ex-  
 ercentem, rapacem, & alijs flagitijs implicatum, quicq;  
 Missam ea præfatione petat sibi fieri, ut sacrificulus  
 omnia q̄ breuissime transcurrat, nihil explicet, nihil  
 doceat, aut moneat de Christo, sit autem hic diues, po-  
 tens, & nobilis apud mundum. Iam quod te rogo  
 Eatome, dabis Missificum sacrificorum collegium,  
 apud quod ille uere pius, pieq; Missa usus, sed pau-  
 per, tenuis, & obscurus (ut dixi) Missam citius impe-  
 tret, q̄ ille alter, palam flagitiosus, & impie Missa  
 abusus, sed opulentus, clarus, & potens.

Quod igitur non nos tantum, sed orbis terrarum  
 uidet.

## DE FALSA FIDV CIA MISSARVM.

uidet, & detestatur in Missis uestris, quod re ipsa, proli-  
 dolor, in eis geritur, non quod falsis uerbis iactatur,  
 respicere debemus, & arborem de suis fructibus cog-  
 noscere, & iudicare. Etenim uetus populus nunquam  
 eó Idolatriæ peruasit, quin uerbis contenderet se co-  
 lere uerum Deum, illi ꝑcipue sacrificare, illius glori-  
 am studere, suo cultu illustrare. At quid contra pro-  
 phetæ, & quid Deus per Prophetas suos de illorum  
 sacrificijs, & cultu sunt testati? Illos non sibi, sed dæ-  
 monijs, sed operibus manum suarum sacrificare, es-  
 seq; sibi omnem eum cultum eorꝝ abominationem  
 extremam, qua sua in populum ira ita inflammare-  
 tur, ut nullo alio scelere grauius. Iuxta hoc igitur  
 iudicium Dei de uobis & uestris abominationibus,  
 statuendum est nobis, siquidem eiusdem ueri Dei  
 ministri esse uolumus, non secundum splendidos ti-  
 tulos, quos uobis, & ceremonijs uestris affingitis, res  
 ipsa intuenda est, & quod opere uestri sacrificuli quo-  
 tidie in oculis totius mundi exhibent.

Quod iudicium quo tandem agnoscere possis,  
 quàm sit uerum & sanctum, proponam tibi breuem  
 antithesin Cænæ Domini nostri Iesu Christi, & Mis-  
 sæ uestræ, inuenti, & operibus Antichristi.

*Antiz*



## LIB. II.

## ANTHITESIS CAENAE DOMINICAE

*Antithesis cœnæ Dominicæ, & Missæ Papisticæ.*

## Cap. XXXIX.

I. **C**œnam Dñicâ administravit filius Dei, summus sacerdos, a patre quidem unctus spiritu. S. eoq; omni pietate, sanctimonia, & iustitia ornatissimus, zeloq; salutis nostræ ardentissimus. Sed ab ordinarijs tñ apud mundum sacerdotib. omniq; populo in obedientia illoꝝ p̄seueranter, summo furore repudiatur, & cõdemnatus. Requirit itaq; Dñs cœnæ huius suæ eiusmodi ministros, q̄ eadem sunt unctione uncti, eodem cultu ornati, & eodem zelo flagrent, eademq; probatione probentur.

Missam aut̄ uestram administrant homines pleurinq; omnium impurissimi, q̄ a laruatibus suffraganeis, idolis Episcopoz, sunt ordinati, & humano christinate uncti, pareantq; & probentur Ro. Papæ, & ad aram accedant suis Missalib⁹ ornamentis p̄sonati, cum intentione consecrandi, satis ad hoc sacrum & instructi habentur, satis sancti, satis exculti.

II. Dñs Iesus Cœnam suam exhibuit discipulis suis, confessione nominis sui, & inculpabili uita Ecclesiæ p̄senti pbatus (Iudas enim nondum se Ecclesiæ ei p̄diderat) talibus igiç & modo sacramenta sua tñ exhiberi postulat, excludiq; uult ab eoz participatione, quocunq; palam uitiosi sunt.

Missam

## ET MISSAE PAPISTICAE.

Missam autem uestram sacrificuli uestri nulli libentius administrant q̄ diuitibus, & potentibus, a quibus scilicet plus emolumentum expectant, plus honoris, & commodi. De fide & uitae sanctimonia illoꝝ nihil solliciti.

Christus Dñs, ut ueram peccatoꝝ poenitentiam, atq; iustam esuriam & sitim sui in discipulis excitaret, priusq; eis suum corp⁹, & sanguinem p̄beret edendum, & bibendum, grauissima, & clarissima cōcione eos de uera iusticia, & solida fide in se docuit. Ideo & p̄ ministros suos uult conuiuas mensae suae, p̄dicatione, & legis & Euangelij sui, omnib. humanis commentis reiectis, ad cenam suam salutariter sumendam, ante magno studio sanctificari. III.

Vestri uero sacrificuli legunt quidem & ipsi nonnulla ex diuinis literis, quod uestigium instituti ueteris utcunq; retinent, sed legunt ea omnia lingua aliena, legunt sine mente, sine ulla interpretatione, horribili quoq; leuitate, & manifesto Dei contemptu. Deniq; etiam adiecerunt in his nouissimis temporib⁹, praesertim in sequentijs suis, multa fabulosa, & cum uerbo Dei prorsus pugnantia.

Sacerdos noster & Seruator Iesus Christus ad panem, & calicem gratias egit religione summa, & indubie de omnib. beneficijs Dei patris, humano generi & collatis & p̄missis, cui gratiaꝝ actioni & benedictioni, item p̄ces indubie religiosissime haud defuerunt, & haec omnia purissime iuxta uerbū suum in scripturis nobis traditum, & ea lingua, eaq; III.

q uerbo=



LIB. II.

ANTHITESIS CAENAE DOMINICAE

uerborū luce, & energia exhibuit, ut discipulos ad una agē-  
dum gratias, & p̄candum uehementer excitaret, & incēde-  
ret. Quam religionē ecclesiā traditam ab Apostolis, summo  
studio obseruarūt, q̄ diu ex sentētia Dñi sunt administrata.

Vestri autem Missatores agunt & ipsi gratias Deo uera-  
bis, & precantur, uerum alieno & animo & lingua, sicq̄ ta-  
cite, sic etiam properanter, ac irreligiose, ut nemo inde ad  
agendum gratias Deo, & orandum una quæat excitari.  
Tum etiam his p̄cibus admiscuerunt, q̄ cum scripturis, &  
cum re ipsa quam agunt parum congruunt.

Dñs Iesus summus sacerdos noster, uerba illa sua, q̄bus  
sacramenta sua nobis sanctificauit, & se in cibum & potum  
uitæ æternæ exhibuit discipulis suis, ut p̄cipuam huius ce-  
remoniae partem, clara, & intelligibili uoce p̄dicauit, quem  
morem Ecclesia uetus semper obseruauit, & obseruat ho-  
die Ecclesia græca.

Vestri uero missatores, hoc Euangelium uita æternæ,  
quod S. Pontifex noster Christus mandauit p̄dicari omni  
creatura, omnibus filijs Dei initiatis, non solum non clara,  
& omnib. p̄sentibus intelligibili uoce p̄dicant, uerum etiam  
ita supstitioso sibilo, uelut quoddam carmen magicum, in-  
sulant magis, q̄ eloquuntur, ut hæc uerba uix ipsi, qui ea  
proferunt, exaudiant.

Dñs Iesus p̄nunciato Euangelio de saluifica cōmunicā-  
tione corporis & sanguinis sui, & cōfirmatione noui testamē-  
menti,



## ET MISSAE PAPISTICAE,

menti, id ipsum corpus & sanguinem suum, sacramentis, pane & uino, discipulis p̄buit, & iussit accipere ea, edere, & bibere, idq; facere ad sui cōmemorationem, quod illi religiose quoq; fecerunt. Hoc Dñi institutum, & iussum distribuendi corp⁹ & sanguinem Dñi in omni celebratione cænæ eius, omnis Ecclesia Christi, ita scilicet docta, & instituta ab Apostolis, ea obseruādum religione iudicauit, ut omni tempore sanctorū patrum inane præstigium cænæ Documenta habitum fuisset, profiteri celebrationem eius, & sacramenta tamen nullis dispensare.

Tui autem Latome Missifices sublata ab omni Missa sacramentorū integra dispensatione, execrandum sacramenti, & Christi ludibrium, de falsa Christi in hoc sacro oblatione, in locum salutaris dispensationis substituerunt. Vnde statim a sibilo uerborum Dñi panem & uinum eleuant, & ostendunt spectādum & adorandum, de dispensandis uero, & sumendis sacramentis nullum faciūt uerbū ad populum.

Dñs Iesus, sacerdos noster in æternum, totam cænā suam, & cuncta in ea, cum uerba, tum symbola, ad eam sui cōmemorationem exhibuit discipulis, & illos exhibere iussit Ecclesijs, ut homines ex clara & religiosa p̄dicatione mortis & resurrectionis ei⁹ admoniti, cum peccatorum & perditionis suæ, tum & redemptionis, & salutis nobis p̄ eum partæ, cōmunionem corporis & sanguinis eius auidius ibi percipiant, pleniusq; manentes, & uiuentes in ipso, ipsumq;

q̄ n̄ habent



## AVTHORITAS CYPRIANI DAMNAT

habentes, manentem & uiuētem in se, peccatis magis semp  
 moriant, & uiuant ad eius uoluntatem, & gloriam solidi.  
 Ad quem finem & fructum, qui canam eius, non uel ad  
 ministrent, uel sumant, eos pronunciauit per Prophetas &  
 Apostolos suos, hæc sacra administrare, & sumere sibi ad  
 iudicium, grauemq; sibi ea pueritate facere contumeliam.  
 Eadem docuerunt, & curarunt in administratione. S. canæ  
 Dñicæ summo studio omnes ueri Ecclesiarum Episcopi.

At tui sacrificuli Missas suas in hoc faciunt, ut oppressa,  
 tandemq; abolita uiua Dñi nostri Iesu Christi mentione &  
 memoria, ipsi memorabiles, & ut Christi uicarij, ab eo licet  
 non substituti, adorandi habeantur, inter homines, ppter  
 qd hoc ipsorum opere Missarum polliceant hominibus, sacrifi-  
 cium Dñi nostri Iesu Christi, omnemq; uiam eius & efficacia-  
 tiam, hoc est, amolitionem omnium malorum, & concilia-  
 tionem omnium bonorum, nec ad ueram peccatorum pœnitē-  
 tiam, fidemq; uiuam in Christū Dñm instituunt.

*Authoritate D. Cypriani de sacrificio canæ Dominice  
 damnari Missas Papistarum, non doctrinam Ecclesie, dam-  
 nantem hoc ipsum confictum Missarum sacrificium.*

## Cap. XL.

**E**x his iam, q̄ ex Epistola D. Cypriani, atq; ex scrip-  
 tis S. Patrum, de sacrificio canæ Dñicæ adduxi, q̄q;  
 de uitijs Missarum uestrarum, subicci, facile intelligent, q̄cunq;  
 res istas possunt intelligere, nullam nos, q̄ conuictum Missarum



## MISSAS NON DOCTRINAM EVANGELII.

farum uestrarum sacrificium reiecimus, sed uos qui illud defenditis, plagam accipere ex adductis D. Cypriani, & aliorum S. Patrum autoritatibus. Quare nondum piget, me te- lum hoc contra uos mouisse.

Te uero Latome pigere merito debet, quod tibi sumptis disputare de rebus tam diuinis, cum nec res ipsas, de quibus inter nos cōtrouertit, nec etiam eas, siue D. Scripturarum, siue S. Patrum autoritates, quibus decertas, inspicere, sed nec eorum pro quibus pugnas, Theologorum sententiam, proptius & planius cognoscere studueris. Scribis nos negare in D. sacrificio panem & calicem pro peccatis nostris offerendum esse, cōtra Theologos uestros, contraque uetustissimam Ecclesie consuetudinem, & nemo tamen uestrorum Theologorum, multo minus Ecclesia uetus, unquam sensit, aut dixit, panem aut calicem offerri pro peccatis nostris. Agnoscunt enim & Scholastici, solum Christum esse hostiam pro peccatis nostris, eumque fatent non offerri in Missis proprie, sed celebrari tamen memoriam oblationis eius, factae in cruce. Quamque posteriores Scholastici, de applicatione meriti Christi, quae fiat in Missis, plerumque cōmentum sunt, quae non minus cum doctrina S. Patrum, quam cum ipsis D. Scripturis pugnant.

Primus itaque lapsus tuus hoc loco est, quod non dederis operam intelligere, nec quid sacrificij nos in Missis uestris negemus, nec quid eius, uel Ecclesia uetere, uel etiam tui Scholastici Theologi affirmant.



IB. II.

AVTHORITAS CYPRIANI DAMNAT

Secundus lapsus, quod ausus sis scribere D. Cyprianum in tota illa Epistola sua, ex qua testimonia quaedam contra te adduxeram, non disputare de calice Laicis prae-bendo. Cum ut ex uerbis D. Martyris priore libro ostendi, ille statim initio Epistolae proposuerit, se uelle ad radicem & originem traditionis Domini reuocare eos, qui uel ignoranter, uel simpliciter in calice Domini sanctificando, & plebi ministrando, non hoc faciebant, quod Iesus Christus Dominus, & Deus noster, sacrificij huius author, & doctor, fecit & docuit. Ex his utique uerbis uidere satis poteris D. Martyrem non minus de calice prae-bendo laicis scripsisse, quam de sanctificando, uel offerendo. Nec enim ueteres, ut supra ostendi, ullam calicis notionem oblationem, sine eius dispensatione, eaque faciendam omnibus mensurae Domini presentibus, & praebatis, non minus laicis, quam sacerdotibus. Sed hunc tuum lapsum taxavi & superiore libro, ca. ultimo.

Tertius lapsus est, quod non animaduertis, ea ipsa D. Cypriani sententia, quam contra me adduxisti, sicut mutilationem sacramenti uestram, ita & Missas uestras, euidentissime & grauissime damnari. Nam clare admodum D. Martyr testatur in hac ipsa sententia, illum demum sacerdotem, uice Christi uere fungi, qui id quod Christus fecit, imitatur, & tunc illum demum sacrificium uerum & plenum offerre in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum uideat obtulisse. Haec si uera scripsit D. Cyprianus, imo quia uera scripsit, & eius auctoritate,

tum



## MISSAS, NON DOCTRINAM EVANG.

tum uere, tum euentissime cōcludit, uestros Sacrificulos in Missis suis, nec uice Christi uere fungi, nec sacrificiū ue- rum & plenum offerre in Ecclesia Deo patri, quia constat omni legenti fide Christi, quæ de cæna Dñi tres Euangeli- stæ, & D. Paulus scripserunt, eos id, quod Christus in sacra sua cæna fecit, non imitari, nec offerre, secundum quod ip- sum Christum uident obtulisse, nec exhibendo Missas su- as, nec dispensando sacramenta. Id quod & superius fufius explicauit, & in proposita cæna Dñicæ, & Missæ uestræ antithesi, conspiciendum tibi obtuli.

Non nos igitur plagam ullam ab autoritate D. Cypria- ni accipimus, qui, quod Christus Dñs in sacra sua cæna, & fecit ipse, & facere nos iussit, imitati, & secundum quod ui- demus ipsum obtulisse, & nos offerre sacrificium hoc stu- demus, ad quod supra abunde demonstraui, sed uos, & ue- stri sacrificuli, qui & in Missis suis, & in dispensatione huius sacramenti, contra, q̄ Dñs & docuit & fecit, omnia faciūt, plagam grauissimam sane accipiunt. Vides itaq; q̄ in- tempestiuum illud exclamaueris: Dñj immortales, q̄tam hic plagam accipis.

Sed satis hac de re: Dñs donet tibi studium legendi suas scripturas, & aperiat tibi mentem, ut eas rite q̄as intelligere, id cum ab ipso impetrauerimus, certum est, te præclarum illud Dñi donum, istam scribendi latine facultatem, nō cō- sumpturum amplius in defendendis ullis abusibus Anti- christi.



## CONCLUSIO.

christi, nedum tam crassis & manifestis, sed consecraturum  
eam illustrandæ potius doctrinæ, & disciplinæ seruatoris  
Dñi nostri Iesu Christi. Hanc tui conuersionem oro Dñi,  
ut tibi, q̄ primum largiatur. Amen.

Cum Dominus tantum, a magis necessarijs negotijs, otij  
dederit, & ad reliquas partes libri tui respondebo, maxime  
uero de coelibatu sacerdotum, ut simul tandem demon-  
strem, & Vintoniensem, tam uane, ea in re, contra uerita-  
tem Christi gloriari q̄ mendaciter, me mendacij de te ar-  
guit. Christus Dominus tandem efficiat, ut quicun-  
q; eius sunt, idem sentire & loqui, de omni do-  
ctrina, & mysterijs eius ualeant.

Amen.

Ratisbonæ Cal. Martij. Anno Dñi.

M. D. XLVI.

Impressum Neuburgi Danubij, apud  
Iohannem Kilianum.